DEFENSIO LIBELLI DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS.

AB IMPVGNATIONIBVS D. M. Nauarri.

AD S. D. N. GREGORIVM XIII. Ponti. Maxi.

AVTHORE D. FRANCISCO SARmiento, olim Regiæ cancellariæ atque sacri palatij auditore, & vtrisque signaturæ referendario.

CVM PRIVILEGIO.

BVRGIS.

Apud Philippum Iuntam.

M. D. LXXIII.

DEFENSIO LIBELLI DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS.

AB IMPVGNATIONIBVS D. M. Nauarri.

AD S. D. N. GREGORIVM XIII. Ponti. Maxi.

AVTHORE D. FRANCISCO SARmiento, olim Regiæ cancellariæ atque sacri palatij auditore, & vtrisque signaturæ referendario.

CVM PRIVILEGIO.

BVRGIS.

Apud Philippum Iuntam.

M. D. LXXIII.

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalé, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valècia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Allecira, de Gibraltar, Code de Flandes y Tyrol, &c. Por quanto por parte de vos don Francisco Sarmiento nuestro oydor que fuistes de la audiencia y Chancilleria de Valladolid, y auditor del sacro Palacio, nos fue fecha relaciõ, diziendo, que vos auiades cõpuesto vn libro intitulado, Defensa de otro que antes auiades escripto sobre las rentas ecclesiasticas, el qual era de buena y sancta doctrina, y muy prouechoso, y enel auiades passado mucho trauajo, y nos pedistes, y suplicastes, os mandassemos dar licencia y facultad para lo poder imprimir, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quãto enel dicho libro se hizo la diligencia que la Pregmatica por nos nueuamente fecha dispone, fue acordado que deuiamos mandar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, por la qual os damos licencia y facultad, o a qualquier impressor de estos nuestros Reynos, que para ello tuuiere vuestro poder especial, para que por esta vez podays imprimir y imprimays el dicho libro que de suso se haze mencion, sin por ello incurrir en pena alguna. Y mandamos que la tal impression se haga por el libro original, que van rubricadas todas las ojas y firmadas al fin del, de Iuan Fernandez de Herrera nuestro escriuano de camara, de los que residen enel nuestro consejo. E que despues de impresso no se pueda vender ni venda, sin que primero se traya al nuestro consejo, para que se vea si la dicha impression esta coforme al dicho libro, y se tasse el precio a que se ha de vender cada volumen del, sopena de caer y incurrir en las penas contenidas en la dicha Prematica y mas de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid, à treze dias del mes de Deziembre, de mil y quinientos y setenta y dos años. Va sobre raydo do dize del sacro Palacio valga.

D. Episcopus Segouicensis. El licenciado Pedro Gasco. El doctor Redin. El doctor Francisco de Villafañe. El licenciado Contreras. El doctor don Iñigo de Cardenas çapata. Yo Iuan Fernandez de Herrera Secretario de Camara de su Magestad, lo fize escreuir por su mandado, con acuerdo de los señores de su Consejo.

Errata.

Fol.1.col.2.lin.34.propriæ, propriè. fol.5.col.2.lin.19.perfecto, profectò. fol.10.col.4.lin.26.habentem, habente. fol.13.col.1.lin.43.suis, sui. fol.26.col.1.li.41.immolibus, immobilibus. fo.20.col.2.lin.24.vsuariòs, vsuarius. fol.23.col.1.lin.29.nec, ne. fol.26.col.2.lin.2.arguitas, argutias. fol 30.col.2.li.28.difert, defert. fol.31.col.1.li.3.beficij, beneficij. fol.32.col.1.li.23.omnis, omnes. fol.43.col.2.li.25.nos, non. fol.54.col.1.li.2.Turre. crema & in, Turrecrema. in. fol.56.col.2.li.39.alliis, alij. fol.58.col.1.lin.7.qua, quo. ibi. fol.2.li.4.deputati, deputatis. fol.61.col.2.lin.7.& genere, genere. fol.64.col.1.lin.9.præsiori- presiori- fol.67.col.2.li.8.inhabile, inhabili. ibid. lin.14.dicit, distinct. fol.69.col.1.lin.3.superunt, supersunt. fol.70.col.1.lin.6.tuis filij, tui filiis.

TABVLA EORVM,
quæ in hoc defensionis libro cõtinentur.

A

Actio datur pauperi in extrema necessitate. 2. parte, monit. 4. num. 3. pag. 53. & quæ actio sit. ibidem

Alimenta præterita non debẽtur, vbi est obligatio legalis 2. part. moni. 5. num. 1. pag. 55.

Alimenta liberis debentur ex lege iustitiæ. Ibidẽ. & monito. 2. nu. 1. pag. 46.

Argumentum à cõtrario sensu quando sit necessarium. 1. part. monit. 44. nu. 4. pag. 28.

C

Clericus qui miserè corrasit an liberè id possideat. 1. par. moni. 33. pag. 20.

Clerici ad eleemosynas tenẽtur ex lege charitatis. 1. part. in principio. num. 1. pag. 1.

Clericus vtrum vsuario comparetur. 1. parte monito. 35. num. 1. pag. 20.

Clericus qui malè expendit non tenetur ad restitutionem: & ponitur noua ratio. 2. parte monit. 2. nu. 8. pag. 51.

Clericorum obligatio, de dando pauperibus, nõ est de iure diuino ex lege iustitiæ. 1. par. moni. 47. nu. 4. pag. 41. & ibi, quid dicatur ius diuinum.

Clericorum peccata nõ dissimulat ecclesia. 1. part. monit. 52. num. 1. pag. 32.

Clerici conditio est attendenda monito. 82. nume. 2. pag. 47.

Consuetudo Hispaniæ vt clerici testentur. 1. par. post principium nume. 1. pag. 3. & monito. 50. nu. 1. pag. 31. & fuit nota pontificibus, monito. 51. nu. 1. pag. ibid. & non est corruptela. moni. 52. nu. 8. pag. 33. & de dicta consuetudine. monito. 54. nu. 5. pag. 35. & monit. 67. nu. 4. pag. 41. & moni. 37. nu. 4. pag. 22. & in. 2. part. monito. 7. nu. 2. pag. 57.

Consuetudo diuidendi cum hæredibus beneficiati. 2. part. moni. 13. nu. 1. pag. 61.

Consilia euangelica quomodo obligent. 1. part. monit. 7. nu. 1. pag. 7.

Commendatores non sunt personæ ecclesiasticæ. 1. part. monito. 55. num. 1. pag. 35. & monito sequenti, num. 1. pag. 36.

Commendatores non habent chorum, neque ecclesiam. 1. par. monito. 55. num. 3. pag. 35. & monito. 82. nu. 1. pag. 46.

Commendatores non gaudent beneficio canonis. 1. part. monito. 55. nu. 5. pag. 36. & monit. 56. num. 4. fol. 38.

Commẽdatores non sunt clerici regulares sancti Iacobi. 1. part. moni. 55. nu. 4. pag. 36. & mo. 82. nu. 2. pag. 47. & de Calatraua, & Alcantara. ibidem.

Commendatoribus non competunt ea, quæ faciũt personam ecclesiasticam. ibidem.

Commendatores non emittunt votum castitatis. 1. part. monit. 56. num. 3. pag. 37.

Commendatorum professio qualis sit. ibidem. de commendatoribus, monitis sequentibus etiam, & monito. 67. num. 1. pag. 41.

Commendatores rectè clericis comparantur. 1. part. monit. 64, num. 1. pag. 40.

Communia omnia in necessitatibus quomodo intelligantur. 2. part. monit. 4. nu. 2. pag. 53. &, an finita necessitate debeant restitui, ibidem num. 6.

D

De concilio Tridentino, 1. part. monit. 24. nu. 7. pag. 16. & monit. 27. nu. 3. pag. 18.

Diuisio efficit proprium. 1. part. moni. 41. num. 2. pag. 24. & monito, sequenti. nu. 3. pag. 25.

Diuisio non fuit facta causa administrationis. ibidem. num. 6.

De diuisione etiam. part. 1. monit. 54. num. 3. pag. 34. & monito. 68. num. 1. pag. 42. &. 2. parte, monit. 11, num. 1. pag. 59.

Debita soluere non tenetur, qui debet alimenta. 1.

part.monit.46.nu.4.pag.29.
Dominium Dei non impedit hominum dominiũ. I.part.monit.24.num.I.pag.15.
Dominium vniuersalis regis, ibidem, num.2.
Dominium quod habent clerici, quale sit. I. part. monit.11.num.2.pag.10.& moni. 13. num, I. pag.12.& moni.24.nu.I.pag.15.& moni. 41. nu.7.pag.25.& monit.44.num.5.pag.28.& moni.45.nu.I.pag.ibidem.
Dominium, & vsus sunt idem in his quæ vsu consumuntur.I.part.moni.12.nu.3.pag.11.& monit.15.nu.2.pag.14.
Dominij huius fratres. S. Francisci possunt esse domini. I. part.monito.14. nu.I.pag.12. alioquin ocupantis fierent eis illorum vt in monit. 17.nu.4.pag.14.
Dominium harum rerum non est apud sedem apostolicam.ibidem.
Dominium quãdo dicatur in nullius bonis,ibidem num.3.
Dominium an acquiratur tempore necessitatis in re aliena.2.part.monit.4.nu.2.pag.53.
Docere est opus misericordiæ, & quando. I.part. monit.29.nu.I.pag.18.

E

Ecclesia non dissimulat peccata clericorũ. I. part.monit.52.nu.I.pag.32.
Ecclesia non defendit rem iniustam. ibidem. nu. 6.pag.33.
Ecclesia potest concedere laicis bona ecclesiastica ex causa.I.parte monit.54.num.3.pag. 34.& monit.64.nu.I.pag.40.
Ecclesia potest imitari canones apostolicos.I.par. in monito.67.nu.7.pag.42.
Empta de redditibus ecclesiasticis an sint ecclesiæ. I.part.monit.37.nu.4.pag.22.& quid stante consuetudine.ibidem.
Episcopus tenetur ad hospitalitatem ex lege charitatis.2.part.monit.10.nu.2.fol.59.
Episcopus marito non malè comparatur.2.par.in monit.12.nu.I.fol.60.

F

Fratres sancti Francisci quale possint habere dominium.I.part.monit.14.nu. 2.pag.12.
& an rectè in his rebus con viuis comparentur. ibidem.
Fictio quando inducatur.I.parte monit.24.nu.5. pagina 16.

I

Interpretatio. c. peruenit: de fideiussoribus. I. part.monit.46.nu.I.pag.29.
Interpretatio.c.I.& c.dẽ his.de ecclesiis ædifican. I.part.monit.41.num.6.pag.25.& monit.82. num.3.&.4.pag.47.
Interpretatio.c.fin.16. quæst.I.I.part.monito.3. num.I.pag.5.
Interpretatio extrauagantis cum inter nonnullos, de verbo.signi.I.part.monito. 8.num.I.pag.7. & moni.10.nu.I.pag.9.
Interpretatio extrauagantis,ad conditorẽ.I.part. moni.12.nu.2.pag.11.
Interpretatio extrauagãtis Suscepti regiminis.I. part.monit.48.nu.I.pag.30.
Interpretatio. §. sacræ.de rerum diuisione. I.par. monit,17.nu.5.pag.14.& monit.24.num.4. pagina 16.
Interpretatio.c.I.de cleric.non residentibus lib. 6. I.part.moni.44.nu.2.pag.27.
Interpretatio.c.mos.&.c.gloria episcopi. 12.q.2. 2.part.moni.10.nu.I.pag.59.
Interpretatio.c.cum iam dudum. de præbẽ.I.par. monit.52.num.3.pag.32.
Interpretatio regulæ de triennali.ibid.nu.5.
Interpretatio.c. fin. de his quæ fiunt à maiori parte cap.I.part.moni.72.nu.I.pag.44.
Iustitia an dicatur inter patrem & filium.2.part. moni.2.nu.6.pag.51.
Ius diuinum quod dicatur.I.parte.monit, 67. nu. 3.pag.41.

L

Laici etiam tenẽtur ad eleemosynam.2.part. moni.10.nu.3.pag.59.
Legis intentio an obliget,I.part. monito.68.nu.I. pag.42.& monit.73.nu.I.pag.45.
Lex iustitiæ quando obliget ad restitutionem. 2. part.monit.I.nu.I.pagi. 48.& monit.2.nu.3. pag.50.& monit.3.nu.I.pag.52.
Lex iustitiæ est etiam si oriatur ex æquitate naturali.2.part.monito.2.nu.3.pag.50.& monito. 6.nu.2.pag.56.
Lex charitatis non producit actionẽ.2. part.mon. 6.nu.I.pag.56.
Legale debitum quando oriatur.ibidem.

N

Nobilitas ingressu religionis amittitur. I. par.monit.6.nu.3.pag.6.

O

Opinio vltima videtur probari.I. par.circa monitum.3.nu.I.pag.5.
Opinio S.Thomæ quoad redditus ecclesiasticos. I. part.monit.40.nu.2.pag.23.
Opinio Cardinalis circa regulares reprobatur. I. parte monit.11.num.6.pag.11.

P

Paupertas an pertineat ad statum perfectionis.I.part.monit.9.nu.I.pag.8.
Perfectorum status qualis sit.ibidem.nu.2.
Paupertatis votum apostolorum,ibidem.nu.3.& monito.11.nu.I.pag.9.
Pauperis appellatio in ista materia omnia pia opera cõprehendit.I.part.mon.42.nu.4.pag.26.
Pauperi in extremis debetur eleemosyna ex lege iustitiæ.2.part.monit.4.nu.3.pag.54.
Possessionis causam nemo potest immutare.I.par. monito.30.nu.2.pag.19.
Pontifex dispensat,supra bigamia.I.part.monit. 67.nu.8.pag.42.
Peccata clericorum nõ dissimulat ecclesia.I.part. monit.52.nu.I.pag.32.
Princeps quando potest mutare voluntates dis-
nentium.I.part.moni.70.nu.I.pag. 43.

R

Redditus nomen duplici.d.scribendũ.I. part. circa monit.2.nu.I.pag.4.
Redditus nomen vnde deducatur,ibid.nu.3.
Redditus nomine Cicero non vtitur, ibid.nu.4.
Restitutio quando oriatur ex lege iustitiæ.2.part. mon.I.nu.2. pag.48.& monit.2.nu.7.pag.51.
Restituere clericus non tenetur quæ malè expendit.2.part.monit.2.nu.8.pag.51.
Restituere pauper an teneatur cessante necessitate.2.part.moni.4.nu.6.pag.54.
Regulares quam potestatem habeant in fructibus sui beneficij regularis.I.part.monit.11.num.4. pagina 10.
Regulares facilius quàm seculares possunt remoueri à beneficiis,ibid.num.5.

S

Similitudo non debet esse in omnibus. I. part. mon.35.nu.2.pag.21.& 2.par.mon.12.nu. 2.pag.60.
Scientia officialiũ principis censetur sciẽtia principis,I.par.monit.51.nu.2.pag.31.

T

Tolerantia excusat à peccato.I. part. monit. 51.nu.4.pag.32.

V

Votum producit personalem obligationem. I.part.monit.71.nu.2.pag.44.
Votum paupertatis quod dominium excludat. I. part.monit.12.num.4.pag.11.

FINIS.

AD LECTOREM.

NVMQVAM existimaui lector optimè apologiæ vsum, qui apud bonos iuris interpretes nondum irrepserat, aduersum me, qui semper in animum induxi meum, neminem scriptis meis lædere, omnes laudare, locum inuenire posse: nam quod ab aliquorum opinione discedas, nõ debet, neque solet animorum dissidium parere: arguendi enim, & impugnandi cuiúsuis scriptoris sententias, cuilibet fuit semper concessa potestas, huic legi Innocentius P. M. voluit esse subiectus, omnésque alij ruris nostri Coriphei, neque quam Pythagoræ discipuli eius tribuebant, vsurpare auctoritatem aliquis ausus est, vt ipsum dixisse, satis esse, neque quale id esset, amplius quærendum foret, existimarent: ego D. M. integritatem, excellentemq; doctrinam semper colui, obseruaui, ac prædicaui quidem: verum à Diuo Augustino didici, nemini præter canonicos libros, quamuis vitæ innocentia maxime, ac doctrina polleat, maiorem adhibẽdam esse fidem, quam eius rationes poterint persuadere, ideoque nunquam commitam, cum in vtriusque iuris disciplina audiendo, docendo, legendo, relegendo, & iudicando in florentissima academia, et totius orbis celeberrimis tribunalibus, sine aliqua studiorum intermissione, laborauerim, ætatémque contriuerim, vt soli alicuius auctoritate subcumbam, idque iure mihi posse vindicare videor, cũ ab æquis, optimísque lectoribus nihil aliud velim exigere, quàm vt potius ratio valeat, quàm alicuius auctoritate præiudicata opinio.

Vale.

AD S. D. N. GREGORIVM XIII. P. M.

F. SARMIENTVS PERPETVAM FOELICITATEM.

NON possum. P. B. cum à sede sancta apostolica tot honoribus, & beneficiis fuerim semper affectus, laborum meorum annuos ei redditus nõ offerre. præsertim cum post sanctissimum Pium V. cui, quantum debeam, non vllis vnquam verbis commemorare possum: tu nunc Christi vicarius in eandem sedẽ Christianæ reipublicæ maximo à Deo collato beneficio, bonorũ omnium cõsensu, & summa alacritate successeris: qui me quãdiu Romæ sum commoratus iuuare, fauere, & fouere nunquã destitisti. Doleo tamen non parum, quòd is, quem B. V. nunc primum libellum offero, alterius libelli mei propugnationẽ, ac defensionem cõtineat: ideóque acrius quàm ingenij mei conditio, animique institutum fert, contendere opus fuerit: sed certè opinionem omni à veritate alienam, & quæ maximè ecclesiastici status securitatem labefactat, non potui non improbare, verissimámque à me constitutam iam non defendere, & falso in me illati criminis non purgare: quod apud te. P. B. libenter efficiam: nã licet tot Christiani orbis negotiorum moles sustineas, summáque prudentia, paríq; potestate gubernes: tamen quæ tua est pietas, atque benignitas, inter maximarum rerum occupationes, in re non leui, & cõtrouersa illa quidem seruum tuum audire non dedignaberis. Faxit Deus Opt. Max. qui B. V. in summo iustitiæ throno sedere voluit, vt diu incolumis summa tua prudentia, summáque iustitia ecclesiam suam fœliciter modereris.

PRIMA PARS DEFENSIONIS LIBELLI

DE REDDITIBVS ECCLESIASTICIS, AB IMPVGNATIONIBVS D. DOCTORIS MARTINI NAVARRI.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ad eleemosynas ex his, quæ sibi supersunt ex redditibus Ecclesiasticis maximè tenentur.*
2 *In quo D. Martinus. N. mihi falso imponit.*
3 *Referuntur verba libelli mei, quæ ostendunt calumniam domini Martini.*
4 *Referuntur D. Martini verba.*
5 *D. Martinus non citat locum, vbi me dixisse ostendat, quæ ipse falsò refert.*
6 *D. Martinus apponit priuilegia suæ appologiæ, quæ minimè ad eam pertinent.*

IN PRIMIS itaque, vt totius ferè rei veritas ostendatur, illud repetendũ erit, quod in frõte ipsius libelli, quem de redditibus Ecclesiasticis cõscripsi, inscriptũ est, & calce primæ partis apparet, quęstionem, de qua disserui, in eo constitui, an clerici, quę ex redditibus Ecclesiasticis sibi supersunt, in vsus pios ex lege iustitiæ, quę ad restitutionem obligat, an verò ex lege charitatis, quæ nulla restituendi necessitate astringit, teneantur impendere, quà strictissimè clericos ad eleemosynas teneri asserui: & quod in eodem libello dixi, redditus Ecclesiasticos, ex beati Thomæ sententia, eiusdem rationis cum alijs censeri, id expręssè declaro, quoad legem iustitiæ, vt restitutionis cesset obligatio: & ita interprętor sanctum Thom. in dicto libello. in. 4. parte, in cap. 5. nu. 9. verba autẽ, quibus ibi vsus sum, libet repetere: nã D. Martinus N. pace sua dixerim, non vere refert, quæ nos diximus, sed priùs quidem nobis imponit, vt postea modo suo possit quod vult opponere: ideò obsignatis tabellis cum eo agi oportebit. Verba itaque nostra sunt hæc: Ideoq; verùm erit, semper de superfluis teneri quemlibet, sub peccati mortalis reatu, facere eleemosynam: quòd si ad hoc omnes tenentur, etiam laici, clericos multo magis teneri de bonis Ecclesiasticis certũ est: considerare enim debent, quòd si aliter dispensent, quãuis à præcepto iustitiæ liberi sint, intentionem tamen præcepti non obseruare: & quòd sicut de mercede prostibuli oblatio fieri prohibitum est lege veteri, & noua, vt Deuteronom. 23. & nota. in cap. 1. 14. quæst. 5. & in. cap. oblationes. 90. distinctio. in lege veteri, propter immunditiam, in noua propter scãdalum, vt dicit S. Thomas. 2. 2. q. 86. art. 3. ad primum, & propter sacrorum reuerentiã, vt ipse dicit. 2. 2. q. 32. art. 7. ad secundũ, licet glosæ alias rationes ponant, ita per contrarium, redditum bonorum Ecclesiasticorum, quæ Deo, & Ecclesiæ sunt oblata, vt in cap. res Ecclesiæ, & in cap. qui Christi. 12. quæst. 2. Dispensatio turpiter facta, maius crimen in se continet, quàm si in alijs rebus esset abusus, nam hæ res Ecclesiæ, licet nõ proprię, tamẽ in quarto gradu sacræ habentur, ideò in eis cõmittitur sacrilegiũ, vt per S. Thomam. 2. 2. q. 99. art. 3. & ideò ex natura rerũ maius peccatum cõmittitur in abusu redditum Ecclesiasticorum, quàm aliarum rerum, nec contrarium sentit S. Thomas dict. quæst. 185. art. 7. in conclusione, dum vult, quòd redditus Ecclesiastici ex ipsarum rerũ conditione sint eiusdẽ rationis, cuius sunt pro-

» pria,& patrimonialia bona: quia S. Tho-
» mas hoc determinat,quoad legem iustitię,
» non quoad debitum charitatis:quod in cle
» ricis,& in redditibus Ecclesiasticis lõgè ma
» gis existit,vt optimè probat R.frater D.de
» Soto.in dicto lib.10.de Iusti.&iur.q.4.art.
» 4.loquens de Episcopis. Et infrà dicit.Et si
» lege iustitiæ non magis Episcopi vinciãtur
» quàm diuites seculares,tenẽtur tamen stri
» ctiori misericordiæ nexu.Et paulo inferius
» pono hæc verba.Et quod ipse Dominic.de
» Episcopis,idem de alijs clericis, qui redditi
» bus Ecclesiasticis abundãt, dicendum est.
Hæc sunt quæ nos scripsimus. Quæ verò
nobis imponit D.Doctor Nauarr⁹ in mul
tis locis:ex verbis eius videam⁹ in. quęst.1.
4 xxxviij.monito. pag. 144. ita inquit. Mo-
» neo,q̃ in præfato libello nostro ad prædi-
» ctam quęstionem primam affirmatiuè re-
» spõdemus id,quod cõmunis opinio sequu
» ta mentem Innocẽt.in cap.Indecorum. de
» ætat.& qualit.affirmat, scilicet non solùm
» venialiter,sed etiã mortaliter peccare bene
» ficiariũ,qui vanè vel profanè beneficij sui
» redditus impendit.Circa quã conclusionẽ
» adeò præfatus.N.& ego sumus contrarij:
» quòd ille ait,beneficiarium adeò esse domi
» num sui beneficij redditiuum, ac aliorũ sui
» patrimonij:perinde quoq; posse illos ima
» pẽdere in quoscũq; volet vsus, ac alios sui
» patrimonij redditus:nec plus peccare in il-
» lis profanè,vanè ve impendendis,quàm in
» istis:nec plusquã laici in impendendis suis
» sæcularibus redditibus.Ego verò sequutus
» communem opinionem, quã præ cæteris
» asserit Archidiaconus,in cap. statutum.§.
» Assessorem.colu.penul.de rescrip.lib.6.&
» in principio.44. distinct. & in cap. Si Epi-
» scopus.12. quæst.1.contrà aio,id adeò esse
» falsum,& contrarium Catholicæ(quæ sa-
» crosancta Romana est) Ecclesiæ canonib⁹
» quòd nullatenus esset scribendum neque
» audiendum. Et iterum in nume. 5. inquit.
» Eadem nouitas adeò à cõmuni totius popu
» li Christiani sensu abhorret, vt rari sint ex
» his,qui ex animo sunt Christiani, & sacras,
» sacrorumq; Doctorum scripturas legerũt,
qui non ęgre ferant audire, quod tam libe »
rè possunt Primates,Archiepiscopi,Episco »
pi,& alij quiq; beneficiarij de omnibus suis »
redditibus Ecclesiasticis in profanos vsus »
disponere ac Reges, Reguli, Duces, Mar- »
quiones,Comites,& alij laici de suis sęcula »
ribus.Et iterum,omissis alijs multis, in nu. »
8.pagi.155.ita inquit.At,hęc alia noua,(sci- »
licet opinio)quæ habet, beneficiarium ni- »
hilo plus peccare,impendẽdo redditus Ec- »
clesiasticos vanè,vel profanè,quàm reddi »
tus sui patrimonij:quodq; redditus Regũ, »
Regulorũ,Ducum,Marchionum,Comit- »
tum,& aliorum laicorum profani ex vna »
parte,& reddit⁹ Ecclesiastici,Papæ,Patriar »
charum,Primatum,Archipręsulum,Præ- »
sulum,& aliorum beneficiariorũ ex altera, »
sint in hoc pares,nihilq; redditus Ecclesia- »
stici differant in hoc à redditibus profanis »
patrimonialibus,tanquam omnino libera »
sit illorũ,ac horũ dispensatio: grauissimus »
profecto error est,quoad mores,&iustitiã, »
& quoad doctrinã hęresis, vel proxim⁹ ei. »
Et iterũ in nu.12.inquit,Vt iure quis mire- »
tur esse Catholicũ aliquem,qui asserat,nul »
lam esse hodie differentiam inter redditus »
bonorũ Ecclęsiasticorũ,& redditus bono- »
rum laicorũ:quibus illa sine vllo expresso, »
vel tacito onere speciali, neq; humana ali- »
qua dispositione à Deo sunt concessa,& q̃ »
nihilo plus peccẽt bñficiarij,vanè,vel pro- »
fanè suos reddit⁹ Ecclesiasticos impẽdẽtes, »
q̃ laici suos.Et in moni.lxix.pag.303.ita in- »
quit,Inducere verò id q̃ ei⁹ opinio cõtinet, »
videlicet q̃ ministri Ecclesiæ pro libito in »
sumãt eas in vsus ꝓfanos,contrariũ est legi »
naturę.Itẽ in.2.q.vij.monit.nu.9.pag.458. »
ita inquit,oẽs alij,etiã qui negãt necessitatẽ »
restituẽdi prẽter prẽfatũ.N.cõcedũt pecca »
re mortaliter bñficiarios,qui vt ꝑmittitur »
supfluè,aut vanè ꝑdictos reddit⁹ impẽdũt. »

Ex his intelligi potest.q̃ iniustè D.M.N.
hõ alioquin pietate,& eruditiõe insignis &
in ordine,&monasterio regulari ꝓfessus,in
me Apoligiã cõscripserit:qui eum semper
amaui,colui,&obseruaui,&in libello meo
de redditibus Ecclesiasticis honorificẽtissi
mè

mè tractaui:sed adeò sui est oblitus in hac
apologia, vt me, quem generis & eruditio-
nis,& pietatis maximè extollit, post pau-
cas paginas hæresis insimulet, neque po-
terit excusari,quòd verba nostra non satis
cõsiderauit,cum partem eorũ referat in.2.
quæst.in.vij.monito.pag.456.& in. xxvij.
monito,pag.514.vbi ipse refert nos dicere,
multo magis peccare clericos, quã laicos,
si de his,quæ sibi supersunt,non largiantur
eleemosinas indigentibus, & ex natura re-
rum maius peccatũ cõmittere in abusu red
dituũ Ecclesiasticorũ,quã aliorũ bonorũ.

Qua in re illud animaduertendum erit,
quod cum in alijs locis,quibus nos ille re-
præhẽdit,partem,& caput libelli nostri an
notet hac in re,locum nõ citat, in quo nos
illa,quæ ipse cõponit, dixisse reperiamur:
& non solum de hoc, verum & de multis
alijs,quę nunquam diximus,nos repręhen
dit,vt in progressu istius nostrę deffensiõis
ostẽdemus:vt in hac. 1. parte. circa monit.
xxvij.item circa moni.xl.item circa moni.
lxj.itẽ circa moni. lxxj.Item circa monit.
lxxiiij.Itẽ in.2.parte.circa moni.vij.&circa
monit.ix. & circa moni. xj. & circa moni.
xv.& circa moni.xvj.& circa moni.xxvij.
Itẽ in.3.part.circa moni.ij. Sed mirandũ nõ
5 est,si D.M.ita aduersus nos decipiatur,&
falsus sit,& præ senio hæc non videat,cum
&priuilegia Regis nostri Catholici,&Chri
6 stianissimi Regis Franciæ,quę ad istam suã
Apologiã non pertinent,neq; eã compræ-
hendunt,vt ex verbis & data eorum appa-
ret,in fronte eius apponat.

Summarium.

1 Consuetudo vt clerici testentur, est in Hispania.
2 *Dolo an culpa D.M.versetur, ipse viderit.*
3 *D.Martinus authori imponit.*

ADeò autem omnibus aduersandi stu
dio,& contra dicendi desyderio fla-
grat,ἀνεμεῦρ τι χρῆμα πρεσβύτων γένος,δυσ-
φύλακτον ὀξυθυμίας ὕπο, inquit in Adro-
ma. Euripid.vt cum Illustrissimus & Reue
rendissimus Episcopus Segobienſ. cuius tę-
stimonio,nullũ potest esse præclarius,vel
Catholici Regis nrĩ iudicio, qui eum in sui
cõsilij supremi Præsidem elegit,in cap.Cũ
in officijs.de testamẽtis.qui multis ante an
nis auditor in regia Cancellaria Granatensi
fuit,& ego,qui per sex annos in Vallisoleta
na,& duodecim annis in supremo rotæ au
ditorio eodẽ munere functus sum asseruis-
semus,consuetudinem in Hispania esse,vt
1 clerici testarentur,idque (vt doctores no-
stri dicũt) lipis,& tonsoribus sit notissimũ:
audeat tamen asserere,nullibi gentium esse
eiusmodi consuetudinem:vt in quæstio.3.
moni.ij.nu.2.pagi.530,& in quæst.1.moni.
iiij.pagi.14.& moni. L. pagi.232.&.233.&
monito. LI.&.LIII. pag.237.&.241. Nam
id quod semel dicit,millies repetit,ipse ta-
men sui immemor in eadem quæstione,in
moni.iij,nu.6.pag.551.&in libro suo de red
ditibus Ecclesiast.in.3.q.in nu.16.pag.230.
citat uerba legis Hispaniæ, facientis huius
consuetudinis mentionem, & expresè iu-
bentis obseruari hãc consuetudinem, quã
clerici circa testamenti factionem obtinẽt.
Verba legis in noua copilatione hæc sunt.
*Por quanto en estos reynos ay costumbre muy
antigua, que en los bienes que los clerigos de
orden sacro dexaren al tiempo de su muerte,
aunque sean adquiridos por razon de alguna
yglesia, o yglesias, o beneficios, o rentas Eccle-
siasticas, se succeda en ellos ex testamento y
ab intestato, como en los otros bienes que los
dichos clerigos tuuieren patrimoniales auidos
por herencia, o donacion, o manda: mandamos
que se guarde la dicha costumbre,* Minimè
autem intelligere, quod omnes intelli-
gant,culpæ latæ adscribitur:*dissoluta enim
negligẽtia* (inquit Vlpianus)*prope dolum est.*
in.l. si fideiussor. ff.mandat. & Paulus, in
l.regula.in.§. sed facti.de iur.& fact.ignor.
Quid enim (ait) *Si omnes in ciuitate sciant,
quod ille solus ignorat.* Sed quod ipsemet in-
telligit non intelligere,vt repræhendat,cul
pa sit an dolus, ipse viderit.

Sed nec illud quidẽ quod ipse dicit in.1.
2 q.monit. L. pag.228. in princi.me asseruis-
se referẽs,vbiq; terrarũ talem vigere cõsue-

3 tudinẽ, me vsquã dixisse reperio: in Hispania enim obseruari quidem asserui, qui vero in Gallia eam quoq; esse dicerent, eiusq; mẽtionem facerẽt authores retuli: nam & doctores in cap. præsenti. de officio ordinarij. lib. 6. dicunt, distinctionẽ Hostiensis seruari, quasi de generali cõsuetudine, vt infrà circa. L. monitũ dicem⁹, & in. LI. monito ostẽdemus has cõsuetudines notas fuisse Põtificibus: nec mirum est, reperiri has cõsuetudines, cũ per summos Pontifices clericis omnibus Romæ cõmorantibus facultas liberè testãdi, siue in diuites, siue in pauperes sæpissimè concedatur, vt ipsemet D. Martinus refert, Bullã Pij quarti anni millesimi quingentesimi sexagesimi, hoc continentem, quod si alias bullas, & facultates testãdi Episcopis concessas, & militibus S. Petri, & S. Pauli, & scriptoribus Apostolicis, & bullã Leonis quoad domos, & stabilia vrbis Romæ vidisset, non ita asseruisset, vt sæpissimè affirmauit facultates testandi in pios vsus tantum esse interpretandas, verùm ad singulas eius reprehensiones, eo ordine, quem ipse seruat, deueniamus.

¶ Summarium.

1 *Repetendi cacoẽthes D. M. Nauarri.*

IN. q. 1. in primo monito R. D. M. Nauarrus trãscribit ad literã sex columnas ex suo libro de redditib. Ecclesiast. à prima pagina vsq; ad. 7. idq; semper obseruat perpetuò in ista apologia, in qua ad literã trãscribit totũ illum librũ, vt notabimus in huius apologiæ discursu: imò vt volumen crescere, eandem rem repetit bis, & ter, & aliquãdo septies, vt infra ostendemus, vt hæc apologia potius αυτολεξία. dici possit: de eo verò quod hic tractat, iterũ agit in. III. monito, ibi videbimus.

Summarium.

1 *AN nomen redditus duplici. d. sit scribendum: & infrà. num. 4.*
2 *Iudiciũ temerariũ D. doctoris M. Nauarri.*
3 *Nomen redditus vnde deriuetur.*
4 *Paulus Manutius duplici. d. nomen redditus scribendum iudicauit.*

1 IN dicta quæst. 1. in. 2. monito. pagi. 8. D. Martinus me reprehendit, dupliciter. Primo mentem meam iudicans, quòd animo ei contradicendi verbum redditus duplici. d. scripserim, non alia. s. de causa, quã quod ipsum vnico tantum. d. scripsisse, scirem: deinde quòd cum postea in Tiraquellũ incidissem, maluerim vt chalcographi in errore persisterent, quã ignorantia, vel incogitãtia (hoc em̃ verbo ille vtitur) me fuisse lapsum, fateri. Secũdo vero me lõgè opinione falli in eo ait, qd̃ nomen redditus à verbo reddo deduci existimauerim, cũ tamẽ à verbo redeo deriuetur, vt ex his,
2 quę ego allegaui probat: verũ quod ad mẽtem meã attinet, potuit sanè D. M. iudiciũ temerariũ omittere, cũ id præsertim nõ ea mẽte fecerim, sed quia ita multis rationib⁹ ductus, scribendũ esse existimarem. Primo, q̃ Nicolaus Perotus Siponti. Episcopus in hac eadẽ dictione redditus hoc idẽ putat.
3 Secundo q̃ à verbo reddo, quod eandẽ habet significationẽ deriuatur, vt apparet ex Martiali, lib. 2. in illo venustissimo Epigrãmate, Quid mihi reddat ager, quæris Line, „ Nomẽtanus: hoc mihi reddit ager: te Line „ non video. Varro insuper de re rusti. lib. 3. „ ita inquit, vt sexaginta eo anno reddiderit „ ea pars villæ, bis tantũ quantũ tuus fundus „ reddit, & Plautus & Terentius, & alij in eã „ significationem vsurpant: nã apud Cicero „ nem, nec verbũ reddo, nec nomẽ redditus in hac significatione reperitur: deniq; in eã
4 veni sententiam, vt nomẽ redditus duplici d. scribendum censeam, quod Paulus Manutius vir doctissimus, & omnium Typographorũ diligẽtissimus, & Orthographię obseruantissimus, ita scribit, vt apparet ex cõcilio Tridentino paruo, ab eo Romę excusso anno millesimo, quingẽtesimo sexagesimo quarto, in sessione. xxij. in cap. II. de reformatione. pagin. 214. post medium, & in vigesima tertia sessiõe. in. c. 18. de reformatione. pagi. 235. & pagi. 236. in principio, in. 1. linea, & in. 5. & pagi. 237. circa finem, & in sessione. 14. in. c. 13. in principio, pagi. 268. & pag. 269, in medio, & in sessione. 25. in

in cap. 1. de reformatione. pagi. 304. in medio. His igitur de causis ita scribẽdum censeo, non autem vt D. Doctor Nauarrus existimat, vt sibi contradicerem, atq; aduersarer, quem summo sum amore prosecutus, ac semper colui: quin etiam Romæ cũ essem, sępe illum, vt amicum inuisi, licet hoc ab auditoribus Rotæ maximè alienum sit, tribus vero ante diebus quã ab vrbe discederem, eum domi suæ conueni, consiliumque meæ profectionis, ac reuersionis exposui, quod ille adeò laudauit, probauitq;, vt nihil minus ego cogitare possem, quàm eum libelli mei editione offensum fuisse, adeò animus meus ab offensione erat alienus, nunc certè maximè doleo, eum hanc apologiam, & aliũ quẽ priùs nescio aduersus quem, de finibus actuum humanorum cõposuerat edidisse, nõ tam mea profecto, quàm ipsius causa, nã quod ad me attinet ita cæteris omnibus, licet ei nunquã satisfaciam, vt nihil sua apologia mihi nocere possit, sed rem ipsam prosequamur.

Summarium.

1 *VTrùm cap. vltimum. 16. q. 1. contineat verba Diui Hieronymi, & infrà.*
2 *Obsignatis tabellis cum D. Martino agi oportet.*
3 *Notatur ἀδολεχία D. M. Nauarri.*
4 *Apologia D. Martini. 300. foliorum poterat in. 30. contrahi.*

REuerend. D. Doctor Nauar. in. 3. monito pagi. 10. me reprehendit sub his
„ verbis. III. moneo, quod N. (hac em̃ litera
„ me semper notat) rhetoricè quidẽ, sed non
„ rectè videtur me pũgere circa primã anno-
„ tationem primi moniti, quatenus ait, nulla
„ tenus esse credendũ, S. Thomã, & tantam
„ aliorũ doctorũ turbam, authoritate Gratia
1 ni ductos, credidisse prefatum cap. vltimũ.
„ 16. q. 1. continere verba Hieronymi ad Da-
„ masum, si res ita nõ haberet, qd̃ ait me signi
„ ficare, & cætera quæ omitto: in quibus in
effectu D. Martinus dicit me eũ pũgere, ex eo quòd ex duob⁹ opinionibus ab eo alternatiuè propositis, vltimã probauerim, quã eum probasse verisimile est, iuxta vulgatissimam glo. in. l. qui filiũ. in. §. Sabinus. ff. ad Trebel. cui est similis. in. l. ea. lege. C. de cõdictio. caus. dat. facit text. vbi Bal. notat in l. si mater. C. ne de stat. defunct. latè Hipo. in singula. 631. & 660. quod si nunc mutat sententiã, vel declarat, tunc primã verioré putasse, de se cõqueratur, & se, nõ me reprehendat: quod si ex eo reprehẽdit, quod nõ vtrãq; tenuerim opinionem, q̃ inuere videtur, dum dicit. Tum quia verisimilis etiam „ est pars prior præfatæ alternatiuæ peius er „ rat, cũ duas opiniones contrarias nulli, qui „ sanæ mentis sit, sequi contigerit possumus „ dicere, vt aliàs inquit Cicero. Cum eius opi „ niones, tã variæ sint, tãq; inter se dissidẽtes: „ alterũ fieri perfecto põt: vt earũ nulla: alte- „ rũ certè non potest, vt plus vna vera sit, Sed „ videam⁹ verba mea in dicto libello de red-
„ ditib. Ecclesiast. in. 3. parte in. c. 1. nu. 2. pagi.
2 109. vt oẽs videãt, vel potius rideãt in quo
„ doleat se pungi D. Naua. verba nostra sunt
„ hęc. Aduertendũ etiam est, circa dictũ ca- „
„ put, quoniã quicquid id, quod (vt solet) di „
„ ligẽtius cõsiderat R. P. D. Martinus Naua. „
„ in dicto suo tractatu, licet illud decretum „
„ à Gratiano tribuatur Diuo Hieronymo in „
„ epistola ad Damasum: tamen in exẽplari- „
„ bus, quæ nunc habemus, ea epistola non re „
„ peritur, & tamen non solũ à Gratiano, ve- „
„ rum à Diuo Thoma, & Innocen. dicta epi- „
„ stola allegatur: ideò existimat D. Martin⁹, „
„ vel Gratiani authoritate, tantos patres cũ „
„ alia Doctorũ turba fuisse deceptos, vel ali- „
„ quã epistolam maximi ponderis deesse in „
„ epistolis, quę nũc extant Diui Hieronymi, „
„ quod vltimũ ego verissimũ existimo. Do- „
„ leo, certe me necessario adduci (quia sen-
„ sus, & verba mea à Dño Doctore Mauarro
„ non fideliter referũtur) vt in illud vitiũ in-
„ cidã, quod solũ in libris D. Nauarri est ma
„ ximè reprehendendũ: in quolibet enim li-
„ bro ea dicit, quę in singulis, & eisdẽ verbis,
„ imò eadẽ in eodẽ libro sępissimè repetit, vt
3 quilibet ex eorum lectione intelliget, & in
„ frà annotabim⁹: nã in hoc bis, & ter repetit
„ omnia quæ dixerat in libello de redditib. Ec-

clesiast.imò & quæ in alijs libris,nã illud S. Mariæ del Paular pietate forsan eisdem verbis millies repetit, & S. Crucis Coimbrinsẽsis,nã bonos sæpe laudari piũ est:sed ita factũ est,vt eius liber apologeticus,qui triginta folijs contrahi poterat (non enim errata nostra siqua forent,tot paginas exigebant) vltra trecenta extendatur,& verè vsurpetur nihil dictũ q̃ nõ sit dictũ prius.

IN.IIII.monito D.M.N.tractat de cõsuetudine testãdi clericorum, de qua supra tractatũ est in cap. 2. quod septies repetit, vt patet in locis per eum hic allegatis.

IN.V.monito quod incipit. V. Moneo, q̃ nõ desunt: qui suspicentur eundẽ.N. rhethoricè quidẽ, sed parũ candidè. &c. fingit D.Mart.in me aliorum calumniam, vt se laudet:frigida & leuis est hæc repręhẽsio,& ipsemet postquàm se laudat, intentatam,vt vanam depellit calumniam.

Summarium.

1 *Dominus Martinus narrat titulos suos*
2 *Ponit stemmata suæ nobilitatis.*
3 *Nobilitas per ingressum religiõis amittitur.*
4 *An discipulus possit esse maior suo magistro:& de Emanuele Acosta.*
5 *De magna eruditione D. Martini.*
6 *Quod D.Nauarrus laudat authorem,maximè quem post paucas paginas insimulat hæresis,ei imponendo,quæ in toto eius libro non continentur.*

1 IN sexto monito quod eodẽ modo,exorditur,duabus de causis de me quæritur: primo,q̃ in libello meo titulos meos apposuerim,suos omiserim,quam expostulationem ego fateor, vt sum ignorans,& rudis ingenij,vel quid à me exigat,non intelligo, nam librũ meũ,non suũ inscribebã, & titulos eos solos,qui ad rem literariã pertinẽt, & apponi solent securè nihil aliud cogitãs apposui, sicut & ipse suos in suo libello de redditibus Ecclesiast. & alijs libris.

2 In eodem monito D.Mart.ponit stemmata nobilitatis suæ,sed hæc nihil ad apologiã:potius pertinent ad historiã suã,licet per religionis ingressum generis nobilitas amittatur secundũ receptiorem opinionẽ,

3 vt latiùs per Tiraquel.in tract.de nobilita. in.c.26.in princ.ea enim est nobilitas huiꝰ sęculi,cui vt Deo viuat renũciat religiosus: nec obstat q̃ idem Tiraquel.ibidẽ.nu.5.refert ex Romano fuisse determinatũ in Rota, nõ esse subreptitiã monachi impetrationẽ,quòd se nobilem narrasset,quia id optimè fuit decissum : nec obstat supradictis, quia cum esset narratũ Papæ, monachũ nobilem,intellexit secundũ ius Papa de nobilitate ante Monachatum,& ita fit interpretatio nobilis monachus,scilicet quondam, facit tex.elegãs in.l.insula.in fi.ff. de acquirẽd.rer.dñio.ibi,*desijsse insulã esse*, sed quo faciliùs res intelligeretur etiam agrum, qui insula fuerat,insulam appellat, & notatur in.l.precibus.C.de impuber.& alijs,neque potuit circũueniri Pontifex,cum narrando se nobilem,& monachum,id magis ius respiceret quã factum,vt in.c.1. de constitu.

4 lib.6.Deinde verò maximè D.M.N.dolet, q̃ ipsi ego prętulerim Acostã,quẽ auditorem suũ anno millesimo quingẽtesimo tri gesimonono fuisse dicit, quasi arguere velit,non posse esse discipulũ supra magistrũ, vt.c.sacerdotes.6.q.1.ego inter Acostã, & D.Martinũ non feci aliquã cõparationem: sed ego de Acosta dixi,quod esset sui tẽporis iurisconsultorũ facilè princeps, & si iurisc̃ũsultos,vt vulgo fit,illos accipimꝰ, qui ius ciuile maximè profitentur,nõ iustè D. Nauarrus queritur,quia cũ sit sacerdos, & religiosus meliùs fecit semper in titulis de

5 pœnitẽtia,& consecratione, & in libro Decretorũ,quã in iure ciuili versando: nec dictũ argumẽtum obstat:quia leuissimũ est, alioquin D.Thomas nõ posset esse doctior suo magistro,et iã multis ante annis artes, & disciplinæ ad nihilũ essent redactæ , sed quia omnis cõparatio inter doctos odiosa esse solet,hæc missa faciamus, *idemq; ius sit Acij,quod Titij*,certè scripta Acostæ,quem nec de facie noui,mihi valde placent, licet aliquas eius opiniões in meis Selectis interpretationibus reprobauerim: quia magis amica veritas, quæ etiam me compulit,ab opinione

opinione D. Nauarri discedere, & quæ supra dixi, scribere, nulla æmulationis, aut contentionis causa : quia eius virtutem, ac doctrinam semper colui , & laudaui quidem non parum, licet ab eius sententia discesserim:neque soli sumus,qui hanc opinionem deffendimus,licet nos solos,vt aduersarios tractet:nam intelligo omnes fratres Dominicanos,quotquot inter doctos habentur, & multos ordinis S.Francisci esse huius opinionis,eiusdẽq; Romæ erant piæ societatis Iesu oẽs religiosi,& Abulen. super Matth.3.tom.fol.29.&.30. Hanc tenuit opinionem ita intelligens S. Thomã.

6 In eodem monito D. M. Nauarrus me maximè laudando,seruaturum se amicitiã nostrã pollicetur,nec enim diuersas sequi sententias debet desidium parere:sed non post multas paginas me hæreseos insimu-
„ lat, referam ipsius verba in hoc, quanuis
„ enim potioribus inquã meis me nudet ex-
„ ternis,posponatque meis discipulis: vestit
„ me tamen internis, longè profecto potio-
„ ribus,quã mea nuditas meretur, ob quod
„ gratias plurimas ei ago seruaturus illã, quæ
„ ante tringinta annos inter nos Salmãticæ,
„ inita fuit,amicitiam , eũq; pro eius egregia
„ pietate,& eruditione,pro clarissimo sui ge
„ neris cognomento,& munere cui præest,
„ debita reuerentia ex animo venerabor,sal-
„ ua in omnibus doctrinæ veritate,quæ in vi
„ cta semper,& victrix perseueret,amen.

¶ *Summarium.*

1 *Consilia euangelica quando sint seruãda.*
2 *In claris non est opus coniecturis.*

IN septimo monito D.Martinꝰ me repræhendit qd̃ bis asseruerim omnes Christianos teneri ad consilia euangelica obseruanda mentaliter,licet non re ipsa, nisi ea necessitas ingruerit,vt animæ salus periclitetur,cum tamen,vt ipse inquit, falsum sit, cum seruare legem mentaliter sit velle facere,quod illa dictat,nec tenetur quis plus ad volendum,quam ad faciẽdum:& sicut non tenetur quis cælebem,vel pauperẽ vitam agere,vel ingredi religionem,ita nec tenetur hæc velle:hęc est summa repręhẽsionis: R.D.Nauarri,sed hæc repræhensio vt ipsemet concedere videtur leuis est, nam mentaliter interprætatus sum,pro mentis

1 præparatione:dixi enim,quilibet fidelis ea
mente,& proposito esse debet,vt si necessa-
„ rium sit,pro Dei amore,& animæ suæ salu
„ te patrem,& matrem,vxorem ,& liberos,
„ bona,honorem,vitamq; contemnat: &c.
„ Et infrà,Et ita quantum ad animi præpara-
„ tionem,consilia ab omni fideli sunt seruan
„ da:ex quibus verbis apparet, quid intelle-
„ xerim sub verbo mentaliter,quod cũ bar-
„ barum sit,quare isto modo capi nõ possit?
cum non appareat aliquem probatum authorem alio modo id vsurpasse,ego non video:meliùs nos repræhendisset D.Doctor simpliciter,quòd eo verbo vsi sumꝰ,quinimò beata Catherina Senẽsis in dialogis diuinæ prouidẽtię.cap.47.ita inquit,sub persona Dei, Nisuno po obseruare li cõmandamenti mei , che non obserui li consigli, non actualmente,ma mentalmente.sed ad alia transeamus,quia cum satis cõstet, qua significatione illud verbũ assumpserimus, in claris non est opus contentione, vanum

2 enim est inquit D. Thomas,de nominibus contendere,vbi constat de rebus.

Summarium.

1 *De intellect.extrauagantis,Cum inter nonnullos.de verbo.significa.*

IN octauo monito,quod etiã repetitur in.xv.monito pagin.45.D.Martinus Nauarr. me repræhendit quod asseruerim dicere Apostolos nõ habuisse dominium in speciali,& particulari,contrarium esse extrauaganti Cum inter nonnullos. Io . 22. titu.de verbo.significat.quia inquit,q̃ per eum non damnatur dicens,Apostolos nõ
„ habuisse dominiũ in particulari,sed dicens,
„ quod Christus,& Apostoli non habuerũt
„ dominium in particulari,neq; in commu-
„ ni,quod non est contrarium:hæc sunt ver
„ ba D.Nauarri, in cuius repræhensione ratio,nisi alia mẽs eius fuit,ea est,quod omisserim dicere,neque in communi,sed id ve-

rum non est, quia verba mea ita se habent,
» Io.22. apertissimis verbis determinat esse
» Hæreticam opinionem affirmare Redem
» ptorem nostrũ, ac dominum Iesum Chri-
» stum, eiusque Apostolos in speciali nõ ha
» buisse aliqua, neque in communi, quę sunt
» ea ipsa verba, quæ ponit extrauagans: vt in
telligere certè non possim, quid ille in me
repræhendat, cum verbis, quibus extrauagans ponit quæstionẽ, locutus fuerim, eius enim verba hæc sunt, *Cum inter nonnullos viros scholasticos sæpe contingat in dubium reuocari, vtrùm pertinaciter affirmare Redemptorem nostrum, ac Dominum Iesum Christum, eiusq; Apostolos in speciali non habuisse aliqua neq; in cõmuni, etiã Hæreticũ sit cẽsendũ, diuersa, et aduersa etiã sentiẽtib⁹, circa illud nos. &c.*

Summarium.

1 *Paupertas an pertineat ad statum perfectionis, & infra, nume. 4.*
2 *Alius est status perfectorũ, alius perficientium, & nume. 4.*
3 *Apostoli vouerunt ea, quæ pertinent ad statum perficientium.*

IN nono monito D.M.N. nos repręhendit, quòd asseruimus etiam præsupposi-
1 ta doctrina S. Thom. 2.2.q.84.artic.4. scilicet quòd Apostoli vouerunt omnia, quæ ad statum perfectionis pertinent, non inferri eos vouisse paupertatem: quod repræhendit D.Martinus, quia dicit, quòd paupertas est necessaria ad statũ perfectionis: sed ad hoc ipsemet sibi respondet, licet replicet postea, quòd status perfectionis perficientium, vt est Episcoporum, non exigit
2 paupertatem, sed status perficiendorum: et licet dicat Apostolos nõ fuisse effectos statim cum sequuti sunt dominũ, & reliquerunt omnia, Episcopos, neq; Presbyteros, tamen responsio est clara: quia cũ finis electionis eorum fuerit, vt essent doctores, & prædicatores euangelij, & Episcopi, & paruo tempore deberent esse discipuli, vt vix triennium id durauerit, credendum est potius, vouisse ea, quæ pertinebant ad statum duraturum perpetuò, & ad finem vsq;, quã
3 ea, quæ pertinebant ad statũ paruo tẽpore duraturũ: maximè, quia quo tẽpore Apostoli fecerunt votum, nobis non apparet.

Prętera vt ex Diuo Chrisostomo respõdet Dominic. de Soto in lib.10, de Iustit. & iure. q.4.art.11. præceptum illis factum, *Nolite possidere. &c.* Temporale fuit, vt inhibitio illa intelligatur peculiariter facta discipulis, dum ad prædicandum Iudæis mittebantur: tum vt populus ille facilius alliceretur, tum etiam vt ipsi maiorem haberent fiduciam, quòd diuina subsidia non essent eis defectura: quod etiã voluit S. Thomas in suis Opuscul. opuscu. 18. cap. 18. in fin. cũ ergo fuerit tẽporale præceptũ, apparet eos tunc non vouisse paupertatem.

Prætereà ex dicta authoritate alio modo apparet, eo tempore eosdem nõ vouisse paupertatem: superfluum enim esset præceptum, si vouissent, & potius admoneretur voti, quàm de nouo præciperetur: item nõ ne Paulus Apostolus eorũ, quę sibi manus ministrabãt dominus erat? an diuersum ius inter Paulum, & reliquos Apostolos cõstituemus? item cum Petrus Apostolus post passionem D.N. Iesu Christi redijt ad piscatoris officium, an dicemus pisces ab eo captos non fuisse suos?

Item vt dicit idem R. Domini. de Soto, vbi supra cui⁹ verba hęc sunt, Negatur propositio illa, quod ad naturã perfectiõis, aut » ad perfectiõis statum gñaliter, & absolutè » necessaria sit paupertas, sed tãtũ est necessa » ria, ad peculiarem perfectionis statum reli- » giosorũ: quod enim ad perfectionẽ non sit » necessaria, iam supra lib. 8. satis cõstitutum » est, vbi monstrauimus perfectionis ratio- » nem in copia charitatis consistere, ad quã- » quisq; quocunq; statu progredi potest: ad » statum autem religiosorum ob id est pau- »
4 pertas necessaria, quòd profitentur perfici, » hoc est, perfectionem discere, & compara- » re, cui quidem instituto, rerũ possessio one » ri est, & impedimento: Episcopi autem nõ. » profitentur perfici, sed perficere, quo circa » eas debent in charitate radices iecisse, vt à » nullo vento possint inde eradicari, nempe » neq; »

» neque ab amore diuitiarum, quas possidẽt, » nec ab alio quouis humano affectu. Hęc il le, ex quibus satis comprobatur nostra opinio, vt potius repræhendi, quam repręhendere D.Mart. Nauar. possit.

Summarium.

1 *De intellectu extrauagantis. Io. 22. & quòd Apostoli non fecerunt votum paupertatis.*

IN decimo monito D.M. me repræhendit, nã me inferre ait, Apostolos nõ emisisse votum paupertatis, quod eis multa fuerant donata, & ab eis distributa pauperib⁹: sed ego non istam feci illationem, sed per contrarium, cum eos non fecisse votũ speciale paupertatis asseruerim, dixi dominiũ eorum, quę sibi offerebãtur acquirere: ipse tamen eis solum ius administrãdi cõcedit, quod per extrauagantem. Io. 22. est repro-
1 batum, vt infrà ostendemus: quæ extrauagans etiam probat Apostolos, nõ emisisse votum paupertatis, cum eos Hæreticos iudicet, qui Christum, & Apostolos negẽt in particulari, vel in communi, rerum dominium habuisse, cum ex serie ipsius extrauagantis appareat, non esse necessariũ, vt vtrũque concurrat, sed quælibet pars sufficiat, vt qui alterum eorum asseruerit, Hęreticus sit censendus, sicut & inter Christũ, & Apostolos posita coniunctio, separatim est intelligenda, vt patet ad sensum: & faciunt quæ not. Barto. in. l. si is, qui ducenta. in. §. vtrum, in num. 5. circa fin. ff. de reb. dub. & in. l. 1. ff. de Iustit. & iur. & Deci. consil. 333, sed Aluarus de Pelagio, quem D.M. Naua. sequitur, nec in communi habuisse dominium Apostolos affirmat, in lib. 2. cap. 63.

Summarium.

1 *Iterum de voto paupertatis circa Apostolos.*
2 *Differentia verbalis dominij, & administrationis in hac materia.*
3 *Melior videtur opinio D. Martini, quàm Soti, in quã prius inclinauerat D. Frãsciscus.*
4 *Regularis an habeat eandem potestatem in disponendo de beneficiorum fructibus beneficiorum regularium, quam sæcularis sæcularium.*
5 *Regulares, facilius à beneficijs possunt remoueri, quam sæculares.*
6 *Opinio Cardinalis, quam sæpissimè D. Martinus commendat, reprobatur.*

IN. XI. monito D. Martinus nos repræhẽdit, quod nos dixisse ait in dicto cap. 1. num. 6. Apostolos, etiam si paupertatem vouissent, cum adhuc essent discipuli, ante quam fierẽt magistri, & Episcopi, simul ac euaserunt magistri & Episcopi absolutos fuisse: ex quo ipse infert, sequi à voto paupertatis hodie illos monachos, qui fiũt Episcopi, esse absolutos: quæ duo ambo esse negãda & pernegãda asserit: sed notãdum est, qd̃ cũ ego asseruissem, priùs nõ vouisse Apostolos, & præceptũ illud de non possidẽdo auro, vel argento esset tẽporale: nam dixi, siue paupertatem sequerẽtur ex dicto » Christi pręcepto, siue ex propria voluntate, quando missi sunt ad prædicandum Iudæis, tamen postquam à Christo domino » nostro potestas ligandi, atque soluendi est » concessa, & ex discipulis, magistri sunt cõstituti, & pascendi gregem cura est eis cõmissa, tunc eis dominio bonorum nõ fuisse » interdictũ, & quod postea dixi sub his verbis, licet quando discipuli sub magistro » Christo erant, aliquando eorum volũtate, » aliquando præcepto paupertatem profitebantur, hac tamen obligatione facti magistri, fuerunt liberati, magis probat nostram » interpretationem, cũ dicto aliquando ostẽdat, nos non loqui de voto paupertatis emisso, quod perpetuum est, nõ temporale, & verbum profitebãtur, cum ad præceptũ etiam referatur, non potest de professione intelligi simili illi, quam monachi emittũt: quinimò, sub correctione sanctæ matris Ecclesiæ, existimo nullum votum expressè Apostolos emisisse, quia nõ legitur hoc in scriptura sacra, sequutos tamen consilia euangelica, quia perfectissimi erant, & quia
1 consilia necessaria sunt, quando pro gloria Dei opus est illa obseruare, quod Apostolis

lis semper ferè contingebat, & licet D. M. Nauarrus in sequenti monito. num. 2. allegat Diuum Augustinũ de ciuitate Dei. lib. 7. cap. 10. dicentem vouisse Apostolos paupertatem, vt cũ allegauit Aluar. de Pelag. tamen ibi nihil dicit, & licet videatur hoc dicere. lib. 17. in cap. 4. non tamen de voto formali, sed de proposito firmo: nam verbum hoc variè sumitur. Horatius eñ (*hoc erat in votis*) inquit, & quod postea dixi, ꝙ etiam si expressè Apostoli vouissent, essent tamen liberati, facti magistri, adieci quatenus officio pōtificali repugnaret, quod esset si dominium bonorum non haberēt, vt pauperibus subuenirent, & egētibus: & adieci, vt sint tanquã dispensatores. Hęc sunt
2 quæ ego dixi: nam quæ inter D. Nauarrũ, & me est differentia, sit dominium, an administratio verbalis est, cum magis adstrictum regulis sit, quod nos vocamus dominium, quàm quod alij vocant administrationem, vt videmus in pupillo & tutore, quorum alter habet dominiũ, alter administrationem, sed hic actu magis dominus est, facit tex. in. l. qui fundum. in. §. Si tutor. ff. de vsucapion. pro emptore. & in. l. interdum. in. §. qui tutelã. ff. de furt. & Paul. ad Galat. c. 4. Quamdiu hæres puer est, nihil differt à seruo, cũ sit dñs omniũ. de quo infrà latiùs suo loco disseremus. Denique quod in monachis factis Episcopis mutetur votum paupertatis, vt decimarum portione reliquisq; Episcopalib⁹ bonis ita possit vti, vt sæcularis Episcopus, vult R. Dominic. de Soto in dict. lib. 10. de Iustit. q. 5. in artic. 7. quod tex. in cap. statutum. 18. q. 1. dicat, quòd ipsum à iugo regulæ monasticæ religionis absoluit: in cuius opinionẽ ego inclinaui, sed verè nunc potius in opi-
3 nionem R. Domini Naua. inclino, nullius addictus iurare in verba magistri: nam quę mihi veriora, in opinionibus D. Naua. Videbuntur, pedibus, manibusq; sequar, licet videatur maximè obstare id, quod ipse D. Martinus Naua. tanquam regularis sæpissimé refert, nam in monito præcedenti, & infrà in monito. 80. pag. 366. & moni. 81. pag. 377. & in. lib. de redditib. Ecclesiast. q. 1. nu. 88. refert, & commendat dictum Cardi. in
4 clemẽ. 2. de vita & honest. clerico. in versi. sed & talis in pri. notabili, qui dicit clericũ regularem tam latè posse disponere de fructibus sui beneficij regularis, quàm cleric⁹ sæcularis de fructibus sui secularis beneficij: licet non ita Cardi. dicat: sed solum dicit nihil allegando. Nota, ꝙ clerici sæculares, & religiosi habentes administrationes „ æquiparantur, quoad dispensandi potestatem, hæc Cardi. Et ita idẽ videtur esse si eis conferãtur sæcularia beneficia, vt sunt Episcopatus, quare ergo monachus Episcopus nõ vtetur eodem modo fructibus Episcopatus, sicut sæcularis Episcopus? Sed quia hæc opinio Cardin. licet ipse D. Martinus dicat, ꝙ nemo ei cõtradicit, falsa est, nec vidi aliquem eum approbantem, nam Imol. & Ancha. hæc non tangunt, quia ille text. ex quo id notat Cardin. nihil probat: & regularis id, quod sibi superest, & pauperib⁹, si eis nõ distribuit, quærit suo monasterio, patet: quia Abb. in cap. cũ ad monasteriũ. 2. colu. num. 8. de stat. monacho. loquẽs de habentem administrationem, vult, vt sit dimittere paratus quicquid possidet ad libitum sui superioris, sicut existens in studio, & Abb. Panor. in cap. monachi. fina. colu. nu. 11. de stat. monacho. probat cõtrarium eius quod dicit Cardinal. dicens, quod reli
5 giosi no habẽt ita latum ius in eorũ beneficijs, quantum sæculares in suis: ideò isti nõ possunt remoueri sine graui causa, illi vero possunt à suo superiori: allegat nota. in cap. per tuas. de simo. vbi text. in fine sentit facilius remoueri regulares, quã sæculares prælatos: & idem Abb. in cap. quod Dei timorẽ. de stat. monacho. 3. art. nu. 9. dicit quòd si regularis promoueatur ad Ecclesiam subiectam monasterio, potest ad libitum reuocari, & Cardi. in dict. cap. monachi, nec suffragatur confirmatio à sede apostolica obtenta, vt in cap. ad nõstram, quod loquitur de canonicis regularibus, & cap. porrecta. quod de omnibus religiosis, de cõfirma. vtili vel inutili, & idem Abb. in cap. cũ ad monasterium.

nasterium. 2. colu. nu. 11. qui ampliat, dicendo, idem esse etiamsi sibi fuerit datus prioratus ad vitam, quia poterit ad libitum reuocari: ita dicit nu. 11. & differentiam inter clericos sæculares, & regulares constituit in terminis expressè rota, in antiquis, in ti-
6 tulo de solutio. in fi. vbi quoad disponendum constituit differẽtiam inter eos: nam sæculares constituit vsusfructuarios, regulares vero administratores tantum, at, vsus fructus pars dominij est, & ita opinio. Cardinal. est falsa.

Summarium.

1 *Dominus Martinus non viderat Aluarum de Pelagio, neque Petrum de Soto donec fuerunt à nobis citati.*

2 *Extrauagãs Ad cõditorem decidit quæstionem Pelagij, contra D. M. Nauarrum.*

3 *Vtrùm sit dominium idem quod vsus in rebus, quæ vsu consumuntur.*

4 *Votum non excludit dominium, quod ex lege naturæ est necessarium.*

IN. XII. monito D. M. nos repræhendit quòd diximus vanam esse illã quæstionem, an vestes, quibus Petrus induebatur essent Petri, & panes quo vescuntur fratres S. Frãcisci sint sui, cõtra Aluar. de Pelagio. quem ipse dicit esse solidæ doctrinæ: circa quem notandum est, quod cum Alua. de
1 Pelagio tenuerit opinionẽ D. Doctoris Nauarri, eamq; latè defenderit, nunquã tamẽ in toto suo libro eũ allegauit, sed postquã vidit eum in nostro libello allegatum, eũ extollit, & in cœlum euehit, & semper in eo versatur: idemq; in Petro de Soto ei accidit, quem nunquã allegauit, nisi postquàm per nos vidit allegatum. Secũdo, notandũ est, ꝙ cum hæc quæstio sit per extrauagantem decisa in fauorem nostrũ, non est quare vocetur in controuersiam: nam Io. 22. in
2 extrauagãti Ad cõditorem. manifestè ostẽdit ius harum rerum, quæ vsu consumuntur, nõ verò solum vsum facti esse apud fra „ tres minores, dum dicit, quia nec actus ipsi „ vtendi sine iure aliquo potest iuribus con- „ sumptibilibus cõstitui, vel haberi, & infrà, ipsum vti etiam iure tali absq; iure vtendi „ separato à dominio, vel coniuncto, neque „ ab aliquo potest cõstitui, nec à quoquam „ haberi, & vt ipse Io. 22. arguit, si haberent vsum sine iure vtendi, esset eorum vsus iniustus, prętereа sunt infinitæ leges, quibus probatur impossibile esse vsum in his reb⁹ separari à dominio. in. l. si vini, & olei. ff. de vsufruct. earum rerum quę vsu consum. & Caius probat, id naturali necessitate cõtingere, in. l. 2. §. nec naturalis. eod. tit. & multæ aliæ leges, quas in nostro libello allega-
3 bimus, & S. Thomas expressè. 2. 2. q. 78. ar. 1. in conclusio. ita inquit, loquendo de his rebus. Vnde in talibus non debet seorsum „ computari vsus rei, ab ipsa re, sed cuicunq; „ conceditur vsus, ex hoc ipso cõceditur res, „ & per hoc in talibus permutũ transfertur „ dominium, hæc S. Thomas, quinimò hac „ ratione fur, & iniustus possessor ipsa harũ rerum cõsumptione dominus efficitur, fieri enim nõ potest, vt apud alium, quã apud consumentem sit dominium: ideò cõsumptione reconciliatur mutuum, quia incipit fieri tuum. vt in. l. nã & si fur. ff. si cert. pet. cum alijs in nostro libello allegatis: item ratio illa, quam nos ibidem posuimus cõcludit: cui, sicut neque alijs D. Doctor non respondet. s. votum paupertatis omne dominiũ respuere, quod lege positiua potest in-
4 duci: dominium autem quod lege naturæ est necessariũ, nullo voto excludi, ratio est manifesta: quia nemo ad impossibile obligari potest, neq; aliqua ratiõe effici, vt quis obligetur, vt à fame, & frigore, & alijs naturæ hostibus non se defendat, quod esset, si rebus ad id necessarijs vti nõ posset, in quo vsu dominium necessario inest, & ne omnia repetamus, in dicto libello hoc multis rationibus ostendimus. & Io. 22. quibus, nec ipsi Ioanni D. Martinus verbum vllum rereспondit, ex quibus cõstat etiam verã esse cõclusionem, quod per promotionem ad Episcopatum monachus efficeretur vestiũ quibus indueretur postea dominus, cũ ad dignitatem Episcopalem pertineat, nõ esse episcopum nudũ: quia vt ibi ex S. Thom. diximus,

diximus,quatenus votum monachale impediret officium pontificale, est sublatum per assumptionem monachi ad Episcopatum,quinimò neminem sine vestimẽtis viuere posse putat Offilius.in.l.quos nos. in .§.fi.ff.de verb.signi.Sed quia hęc, vt dixi, in dicta extrauaganti sunt determinata,cui D.Doctor.M.Nauarrus non respõdet, nõ erit opus amplius insistere.

Summarium.

1 *Differentia verbalis inter dominiũ, & administrationem in hac materia.*

IN.XIII.monito D.M.N.nos reprehẽdit,q̃ diximus esse vtile & necessariũ ijs, quibus cura gregis cõmissa est habere rerũ dominium:& hac ratione Episcopos & clericos possidere opes iustè,cõtra Hæreticos illas adiurantes,quia dicit sufficere administrationem sine dominio:sed vt sępè diximus,inter nos.hoc interest, quòd ipse vult dominium bonorum Ecclesiasticorũ esse apud Deum:ego vero id cõcedens, dico id nõ efficere,quin alius etiam dominus esse posit,quia Domini omia sunt,vt infrà dicemus. Secundo,ipse arguit de monachis Episcopis,quos dicit non posse habere dominium:sed ego expressè eos excipio, dicẽdo,nisi de his,qui incapaces se proprio vo-
1 to reddiderunt.Tertio inter administratio nem liberam,qualem clericis,& Episcopis. D.Doctor.M.Nauar.cõcedit: & dominiũ cum tot grauaminibus,quale ego concessi, nescio quid interesse posit, nisi verbalis quædam,& sine effectu differentia,cũ tutor qui ad rationem strictissimè reddendam iudicio compelli potest,domini loco habeatur.vt in.l.interdum.§. qui tutelam. ff.de furt.Nam quoad ea quæ textus dicũt bona clericorum,esse bona pauperum, & quod sunt administratores,vel procuratores,non domini,respõdimus latè in nostro libello de redditib.Ecclesiast.4.parte.c.6. & infrà,nam & Euripides,homines non vt proprias opes posidere, sed procuratores à dijs esse,inquit in Phænissis ὅτοι ταχρήματα ἴδια κέκτωντοι θνητοὶ τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχον-τες ἐπιμελοῦμεθα. Et Diuus Ambrosius in lib.de Nabuthe.cap.12.in fi.*Non de tuo largiris pauperi,sed de suo reddis,quod enim cõmune est in omniũ vsum datum, tu solus vsurpas?* & infrà,*Debitum igitur reddis,non largiris in debitum.*Quæ verba nõ ad solos clericos referuntur,multa similia idem Ambrosi. in Sermon. 81.& quod Diuus Paulus inquit, *Nihil intulimus in hunc mundum,sed neq; auferre quidem possumus: habẽtes autem victum & vestitum his contenti sumus*: ad omnes homines pertinet.

Summarium.

1 *Fratres ordinis S. Francisci sunt domini eorum,quibus vescuntur.*

2 *Monachus S. Francisci non habet cui acquirat.*

1 IN.XIIII. monito iterum D.M.N.reddit ad ea,quibus Fratres vescuntur,scilicet,Frãcisci,an sit in dominio eorum: cum tamen non respondeat ad dictam extrauagantem Ad conditorem,licet ipse dicat, q̃ nõ sit textus aliquis in Decreto, Decretalibus,Sexto,& Clementinis in quo probetur eos dominos esse,reperitur tamẽ in Extrauagantibus:& fecit insufficientem enumerationem,imò id ex legibus Digestorũ, & necessitate naturę probabimus,post.Io. 22.qui ex illis fortissimè argumẽtatur, nec rationem differentiæ,quam ego constitui inter seruum,& Fratres ordinis beati Francisci ipse D.Martinus tollit,nec vllus tollere potest,quòd seruus non est dominus vestiũ, quibus vtitur,quia est apud quem sit dominium,scilicet, apud dominum serui: sed vestium fratris S.Francisci, non magis
2 potest eius Guardianus, vel monasterium esse dominus,quàm ipse monachus, cũ sit incapax pariter in communi,& in particulari ordo ille:& ideò ipse D. Martinus cauillatur,nam loquitur de alijs ordinibus, de quibus ego non loquor,dicendo,quòd monachus perinde acquirit suo monasterio,sicut seruus dño,quia hoc non est verum in monachis ordinis S. Francisci, de quibus duntaxat loquimur,ideò omnibus in qui-

in quibus me repræhendit, ipse est repræhendẽdus,dicit enim multa falsa,& periculosa me præsupponere.Primũ seruum esse pauperiorẽ monacho in speciali: quia nos loquimur de panib?,& vestibus,& quoad monachos,qui nõ acquirunt monasterio, & paupertas non ideò est minor in monachis,quia ratione voti obedientiæ,hæc omnia ad libitum à suo superiori possunt auferri,non tamen votum paupertatis horũ dominium impedit,quia votum nõ excludit necessaria naturæ,vt supra diximus.Secundo reprehendit me,præsupponere monachum non habere cui acquirat: quod verũ est in monachis,de quibus locutus sum, scilicet ordinis S.Francisci.Tertio, monachum nulli acquirere,cum sibi non acquirat,nec sit alius cui acquirat:quę omia sunt vera in monachis de quibus locutus sum, & de quibus inter nos erat quæstio,& cõtrouersiã.Quarto est eiusdem farinæ,nam dicit necessario consequi, quòd falsum id sit,quòd omnes catholici Doctores docẽt, nempe quicquid acquirit mõnachus ordinis non mẽdicantis,suo monasterio acquirere:quod vnde sequatur ex dictis per me de fratribus ordinis beati Francisci,ego nõ video,nec aliquis videre,aut intelligere poterit:cùm loquar expressè de fratribus sancti Francisci tantum.Postea me repræhendit:opponendo cõtra oppinionem meam Domini.de Soto sententiam, quam me tã topere imitare (quæ mea laus est) ait, sed ego nulli quidem opinioni addictus,textũ Io.22.in dicta extrauaganti Ad conditorẽ. magis quã aliorum sententias sequar:cuius sanè rationibus,& argumentis,nec D. Martinus,nec Dominic. de Soto satisfaciunt,in multis enim Domini.de Soto fallitur circa istum articulum,primo.Io.22. Pontificem maximum repræhendens,quòd extrauagãtem illam odio potius Ocham,& aliorum suis ordinis, qui ei infestissimi fuerant, quã ratione aliqua ductus,edidisset,quod dicere temerarium est.Secundo errat,dum putat non posse fratres minores disponere de supradictis rebus:possunt enim donare, ac donãt, distribuuntq; pauperibus,& in eos dominium trãsferunt, vt re ipsa videmus. Tertio,errat in exemplo conuiuarum perperam fratres minores inuitatis comparans,quibus sibi tantum apposita sumere, non etiam asportare conceditur,cum vtrũque fratres minores posint,vt supra diximus:nam non esset conuiuium seu,vt Gręci melius Symposiũ appellant, nisi simul combiberetur,& cõmederetur,quãuis Cicero in libro de senectute magis latinã deriuationem præbet.Quarto errat in eo,q̃d existimat meliùs fecisse illos Põtifices, qui dominium rerum fratrum minorum apud sedem apostolicam constituerant,quã Io. 22.qui ab ea dominiũ illud abdicauit: quia dominiũ illud verbale, & sine effectu profectò erat:ideò optimè Io.22. fecit,hæc vana,& conficta dominia abdicando.

Summarium.

1 *Dominus Martinus repræhendit authorem: sed malè explicat id, quod dicit, neq; exemplum subijcit.*

2 *Potest quis vti re aliena de volũtate domini, sed ex titulo in iure expresso,non ex generica voluntate: quia apud nos non dantur genera,sed opus est venire ad species.*

3 *Quid foret in statu innocentiæ,nihil ad statum præsentem malitiæ facit.*

IN.XV.monito &.XVI.repetendo (vt solet)quę dixerat in monito. viij. nos repræhendit circa intellectum extrauagãtis. Cũ inter nõnullos.Sed nos omittem?,quia de hoc actũ est supra circa eius monitum viij.solũ dicemus,q̃d arguit de equo cõmedente hordeũ,ad fratres mendicantes,quasi equo dictum sit dominare, &c. cũ *omne ius,hominum causa constitutum sit*, vt inquit Hermogenes in.l.2.de statu. homi. quoad seruum verò iam responsum est,quæ respõsio ad equũ trahi potest:cum sit alius,apud quem illarum rerum dominium sit,alia dicit omittere,quæ parum à me dolata sunt,
1 scilicet confundi à me vsum cum iure vtendi de Domini voluntate:cum palam esse dicat, posse quem vti re aliena, & iustè eam consu-

consummere de volũtate domini, sine dominio, & possessiõe, vsufructu, & vsu, iu re humano inuentis: quæ hic D. Nauarrus dicit, licet copulatiuè ponat: non tamen omnia concurrere debent ex doctrina Bart. supra allegata. in. l. 1. de Iusti. & iur. &. l. si is, qui ducenta. in. §. vtrùm. nu. 5. de reb. dub. sed quicquid sit, quo pacto hoc fieri possit, ego non intelligo, vellem exemplum à D. Nauarro proponi: sed licet non proposuerit, videnda est causa promittẽdi, an ex mu
2 tuo, an ex donatione, vel ex qua causa Dominus consumere permiserit, & tunc, quocunq; se vertat D. Martinus falsum eius dictũ apparebit: quia vt latè diximus in lib. 2. Selecta. interpręta. in. cap. 5. nu. 8. ius no-
3 strum, in speciebus, non in generibus: quæ ideæ potius sunt, versatur, ideò opus est deuenire ad exẽpla, & species, seu indiuidua, quæ idem apud nos sunt, vt ibi declaraui: id vero qd̃ dicit, quod in statu innocentiæ foret, ad id quod in statu malitiæ est, nõ potest applicari, dicta in hoc monito seruiũt monito sequenti. xvj. quod est de eadẽ re.

Summarium.

1 *EA, quæ in nullius bonis sunt, occupantis fiunt.*

2 *Errat D. Martinus in suis argumentis in intellectu eorum, de quibus agimus.*

3 *Res deposita, nõ est in nullius bonis: ideò malè arguit D. Martinus.*

4 *Dominium eorum, quæ fratribus minoribus dantur ad victum, non est apud sedem apostolicam.*

5 *D. Martinus malè intelligit. §. sacræ. de rerũ diuisione.*

IN. XVII. monito D. Martinus nos repræhendit, q̃ dixerimus, si fratres S. Frãcisci non essent capaces dominij, seu iuris earũ rerum, quibus vẽscuntur, sequeretur, q̃ possent à manibus eorum eripi, quia ea,
1 quæ in nullius bonis sunt, vel quorum dominium vacat, occupantis fiant, nam inquit ipse, quòd illatio hæc mala est, & ratio inepta: cum tamen nihil absurdius esse possit, quàm quod ipse ait: dicit enim, quòd datur instantia in seruo, qui nihil prædictorũ iurium, nec possessionẽ habet in rebus do-
2 mini sui, putat enim D. Nauarrus ea, quæ seruus detinet domini sui, esse in bonis nullius, de quo agimus, quod ridiculũ est, cũ sint in bonis domini, & neq; dominium, neque possessio vacet, & nos agimus de his, quæ in bonis nullius sunt: at si nos ponere mus q̃ fratres ordinis S. Francisci in pane, quo vescuntur, nullum ius haberent: ea ratione, qua non haberent in particulari, non haberent in communi, & ita dominium vacaret: nam quod olim apud sedem apostolicam dicebatur esse dominiũ. Io. 22. repudiauit, & reprobauit: vnde sequitur vel eos harum rerum esse capaces, vel dominiũ vacare, ita vt res in nullius bonis sit.

Ex quo errat etiam D. Martinus dicendo, quòd datur instãtia in depositario, qui
3 nullum ius habet in re apud eum deposita, quasi res depositæ in nullius bonis essent. Et quod D. M. dicit dominium eorum quę fratribus minoribus dantur ad victum, esse
4 sedis Apostolicę, reprobat Io. 22. licet ipse innuat tex. in. §. Porro, in cap. exijt. de verbo. signi. quod fuit sublatum per Io. 22. esse restitutũ per cõciliũ Tridentinũ, q̃ non est verũ, & qd̃ dicit esse Dei particulariter ea, quæ dictis fratribꝰ offerũtur, efficit vt ante Io. 22. nõ potuerunt esse sedis Apostolicæ: cũ duo dñi insolidum esse nõ possint, si dominiũ Dei est tale, quod excludit aliud dominiũ, vt vult ipse D. Martinus: quod nunquam verum est, in his, quibus cõmercium non est interdictum: quia quod domini sit terra, & plenitudo eius, non impedit quòd detur dominium hominibus rerum à Deo creatarũ, cuius ipse est dominus: deniq; in fine cõcludit dominiũ pãnis esse apud Frãciscanos in cõmuni: cũ tamen neq; in cõi nec in particulari dominiũ habere possent, si hoc dominium eorum, quibus vescũtur non distingueretur à dominio aliarum rerum, vel dicit (adeò sibi male cõstat) esse sedis apostolicæ, quod Io. 22. reprobat, vel esse apud Deum, de quo iam diximus, licet
5 malè ipse dicat, de his rebus loqui. §. sacræ &. §.

religiosum. de rerum diuis. quod esse falsum infrà ostendemus.

Summarium.

1 *D. Martinus imponit vt sibi placet.*

IN. XVIII. monito me repræhẽdit D. Doctor. N. de confusione, & quòd non posuerim opinionẽ meã, aliorum opinionibus confutatis, & quòd tandem euomui meã opinionem, quam in monito. xxiiij. esse periculosam, dicit se probaturũ: ibi etiã nos videbimus: potuit tamen monitũ illud omittere. Præterea infert ex indice libri nostri, quòd nos voluerimus esse eiusdem cõditionis fructus rerum Ecclesiasticarum, cũ ipsis rebus Ecclesiasticis immobilibꝰ, quoad alienationem: quod ego nunquam dixi, neque cogitaui, nõ intelligo vnde hoc ipse collegerit.

IN. XIX. monito D. Martinus me repręhendit, q̃ in prima parte extranea tracta tui de redditib. Ecclesiast. apposui, cum tamen id apprimè necessarium, ad intelligendum naturam bonorum Ecclesiasticorum fuerit: sed quia ipse omissit, me repræhẽdit, & in eo etiã me notat, quòd ego distinctè, & clarè processerim, distinguendo in secunda parte omnes opiniones: quod ipse non fecit, neque examinauit, neque ostendit varietatem opinionum, sed aliam opinionẽ cum alia inculcando, processit.

Summarium.

1 *FErè hæc omnia tria monita sunt transcripta à lib. 2. de redditib. Ecclesiast. ad literã.*

IN. XX. monito. xxj. &. xxij. repetit multa, quæ dixerat, & dicit latiùs infrà dictum in monitis per eum citatis: nam istud. xx. monitum ferè transcribit ex lib. de redditib. Ecclesiast. 1. q. nu. 4. pagin. 8, &. xxj. monitũ transcribit ad literam ex dicta. q. 1. nu. 5. pag. 9. & in. xxij. monito trãscribit sex colũnas, ad literã, ex dicta. q. 1. pagi. 10. nu. 6. vsq; ad nu. 9. vt nihil sit, qd̃ ab eo non sitter, vel quater repetitũ, item in. xxiij. monito decidit quęstionẽ parum difficilem: sed quia in his monitis nos dimittit, nihil circa ea dicendum erit.

Summarium.

1 *DOminium Dei, non tollit dominiũ inferiùs vtile neq; directum.*

2 *Dominium Regis, non tollit dominium inferiorum.*

3 *Dominium gregis non impedit dominiũ particulare vnius pecudis: idem in hæreditate contingit.*

4 *D. Martinus errat in intellectu. §. sacræ. de rerum diuisione.*

5 *Fictio non inducitur, nisi exigente æquitate.*

6 *Ex opiniõe nostra, quòd clerici sint domini, nullum sequitur inconueniens.*

7 *Concilium Tridentinum non tollit nostram opinionem.*

8 *D. Martinus non respõdit nostris rationibus.*

IN. XXIIII. monito D. Martinus Nauarrus nos repræhendit circa id, quod diximus de dominio rerum Ecclesiasticarum: in quo quia maximè vrget hanc rem sæpissimé repetendo, ideò vt nos semel eandem rem explicemus, ipsam altiùs deducamus.

1 Primo enim vt diximus notandum est, opinionem illam, quæ habet, Ecclesiastica bona esse Dei, non tollere dominium vtile, neque directum hominum: nam dominium Dei, qui est omnium dominus, non tollit, neque impedit dominium Petri: imò dominium generale non tollit dominium speciale: Imperator enim est dominus orbis, vel potius Rex noster maioris partis
2 eius, quæ à Catholicis possidetur: non tamen hoc impedit, quin ego dominus rei meæ sim, vt. l. deprecatio. ff. ad. l. Rhod. de iactu. & per totum, de rei vendi. quinimò dominium generale, non impedit dominium particulare: nam & si tu sis dominus totius gregis, possum ego esse do-
3 minus vnius pecudis, in illo grege existentis, vt in. l. 1. in. §. finali. in fin. ff. de rei vendicat. vbi inquit Vlpianus. *Sed enim gregem sufficiet ipsum nostrum esse, licet singula capita nostra non sint: grex enim non singula corpora vendicabitur*, sic etiam

potest

potest quis esse dominus hæreditatis, alius verò alicuius hęreditarij corporis, sed tota hæreditas vendicabitur. vt in. l. Et non tantum. ff. de petitio. hæredi. ita non impedit Dei dominium vniuersale omnium rerũ, omnium Ecclesiarum: quin apud vnam particularem, vel eius ministros dominiũ esse possit: quinimo eas res, quarum cõmercium est interdictum, & quæ in nullius bonis esse dicuntur, vt calices, & alię res consacratæ, de quibus loquitur text. in. §. sacrę. insti. de rerum diuisione dicimus, & verum est, pertinere ad illam, & illam Ecclesiam: quãto magis id, de his rebus possumus enũciare, quarũ nõ est cõmercium interdictũ.

Secundò notandum est, quod licet prædia Ecclesiæ, & aliæ res Ecclesiasticæ sint sacræ, in quarto gradu, tamen non sunt earum, de quibus loquitur. §. sacræ. de rerũ diuisio. qui expressè loquitur de his rebus, *quæ per Pontifices consecratæ sunt*, ponendo diffinitionem rerum sacrarũ, de quibus lo-
4 quitur, in quo D. Martinus. N. sępissimè erat, tam in isto. xxiiij. monito. nu. 4. qui panes, quos pij homines largiũtur monachis S. Frãcisci, vult sub illius. §. dispositione cõprehendi, quàm in monito. xvij. vt periculosum sit eos comedendo fieri sacrilegos: sed hos panes nunquam vidimus à Pontificibus cõsecratos. Item ratio quare sacra dicuntur esse in nullius bonis, est, quia commercium earum est interdictũ, vt in. l. sed & Celsus. ff. de cõtrahend. emptio. sed prædiorum Ecclesiæ commercium non est interdictum, cum vendi, & emi, locari, & cõduci possint: ergo non sunt de illis, quæ in nullius bonis esse dicuntur: & licet ipse D. Martinus. N. contendat, prædia Ecclesiæ, esse extra commercium: quia nõ sine iusta causa, & solennitate possunt alienari: tamẽ idem contingit in rebus immolibus minorum: quinimò difficilius hæ alienari, quàm res Ecclesiæ possunt: cum hæ vtilitatis causa, illæ verò solius necessitatis alienẽtur, vt latiùs ostendimus in dicto libello de redditibus Ecclesiast. in. 1. parte. in cap. 2. in nu. 23. vsq; ad finem: ob id autem prædia minorum esse extra cõmercium nullus sani capitis dicet, assumẽdo verbum commerciũ, put in hac materia sumitur: maximè quia nec valet consequẽtia, res est extra cõmercium, ergo est sacra, vt in. l. si monumento. C. quæ res pigno. oblig. poss. Item notan-
5 dum est, ꝙ in iure, fictio nunquã nisi æquitas exigat, inducitur, vt. l. post liminium. ff. de captiu. & post limi. reuers. in princip. Bar. in. l. si is, qui pro emptore. nu. 23. 26. & 67. ff. de vsucapioni. Bal. l. si ea, quę. C. qui accus. non poss. Ideò quãdo potest esse persona vera, nunquã est locus personæ imaginariæ: cum itaq; sint personæ prælatorũ cum Capitulo, & clericorũ, apud quos potest esse dominium, non est constituẽdum dominium apud personas mysticas, & repræsentatas: vt apud Ecclesiã, vt in nostro libello, in. 4. parte. c. 6. latiùs deduximus.

Item etiã est notãdum, ꝙ dare dominiũ
6 clerico rerum sui beneficij, & Episcopo rerum suæ mensæ, eo modo, quo nos concedimus (sicut marito rerum dotalium) infrà in. 2. parte. circa moni. xij. vt eas nõ alienet: sed ex fructibus se, & suos alat, & sustineat omnia reliqua, & pauperibus etiã sub peccati mortalis reatu, vt diximus, subueniat, nullum habet inconueniens, & est opinio iuri consona: his præsuppositis, vellem ego quõd D. Martinus, qui adeò insultans hãc opinionem repræhendit, & arguit, rationibus à me allegatis in dicto libello, in. 4. parte, in cap. 6. respondisset: & quod ipse dicit, ꝙ nec Papa est dominꝰ, sed administrator: per cap. nõ liceat Papæ. 12. q. 2. vbi habetur, ꝙ Papa non potest alienare res Ecclesiæ, ergo non est dominus, leuissimũ est hoc argumentũ, vt latissimè in dicto cap. 6. ostendimus: & quod cõcilium Tridentinum di
7 cit, esse Dei res Ecclesiasticas, verum est, & particulari ratione, magis quàm sunt aliæ res: ergo non datur dominium hominum, vt disponant, & ordinent secũdùm legem Dei, non existimo bonam hanc esse consequentiam: sicut Dominus custos hominũ est, & tamen cuilibet homini est angelus in custodem datus. Matt. 18. Nam Deus concurrit

currit cũ causis secundis: vt habetur. 2. Physico. Voluissem deniq;, vt ipse meis rationibus, quas in dicto cap. 6. posui, respõdisset, sicut ego respondeo suis: sed quia vidit se
8 non posse respõdere, dissimulauit, & ad ea, quæ ignorantibus poterãt applaudere, est contra concilium, est contra fidem, est opinio periculosa, & ad exclamationes inanes, quæ in scholis fieri solent ad pueros, se cõuertit: deniq; sunt bona Ecclesiæ Dei, verũ est, & speciali ratione: sed non eo modo, vt earum cõmercium, & dominiũ ob hoc sit hominibus interdictũ: nec ita, vt apud homines Deo sacros earum rerum non possit esse dominium: & quod concilium prohibet de bonis Ecclesiasticis Episcopos, vel clericos ditare consanguineos, non obstat: cum concilium non dicat, si contra fiat teneri ad restitutionẽ: imò Episcopos, & clericos admonet, ad quid ex charitatis lege teneantur, & vide, quæ infrà dicam circa supra dicta in monit. xliiij.

IN. XXV. monito. D. M. N. repetit, quę millies dixerat, & millies dicturus est, ꝙ sacrarum rerum sunt quatuor species, in hoc monito nihil, quod nobis aduersari, aut repugnare videatur ait: ideò etiã dimittamus eũ, nec nos verbum faciemus vllũ, cum nos ille paululum recreari sinat.

Summarium.

1 *Fructus, qui pertinent ad successorem in beneficio, quomodo sint expendendi.*
2 *Quæstio D. Martini non potest simpliciter verificari.*

IN. XXVI. monito D. M. N, vt ipse dicit, grandem quæstionem ponit: quam tamen ego, ad explendas libri sui pagiñas, non parui momenti esse duco: nam eius determinationẽ dicit se ponere in libro, quẽ nunc ipse cõponit: sed videamus quam grãdis hæc quæstio sit, quæ vno verbo nisi cõfusè, & extra terminos iuris esset proposita, potest decidi. Quærit enim, si beneficiatus moriatur, relictis redditibus sui beneficij, de quibus nec in vita, nec in morte dispo
1 suisset: & de iure perueniãt ad successorem in beneficio, an debeant collocari sub natura bonorum deputatorum, ad substentandum sacra primæ speciei, vel secũdæ: appellat primæ speciei stabilia, secundæ verò eorum fructus: si. clarè quæreretur, si hi fructus debeant expendi in rebus ipsis sacris, vel possit clericus vt cæteris fructibus sui beneficij vti, non esset quæstio: sed ponendo confusè, est quærere, an res mobilis, sit immobilis: nam in primam speciem, immobilia cõstituit, in monito. xxv. penult. colum. quod quam parum aptum sit, facilè quisq; perspeciet: denique, vt mẽs quæstionis, omissis eius verborum ambagibus, decidatur, dico, idem etiam clericum de illis facere, quod de fructibus sui beneficij posset: quia fructus sunt sui beneficij; & de iure sibi, vt reliqui, cõcessi: sed ista quæ-
2 stio præsupponit multa: primo quòd veniant ad successorem in beneficio: sed in Hispania nostra cum veniant ad venientes ab intestato clerici, nõ erit huic quæstioni locus: secũdo, vbi succedit Ecclesia, minus etiam procedit quæstio, neq; vbi summus Pontifex succederet: sed si Deus annuerit, videbimꝰ, quid ipse velit dicere in hac quęstione in libro suo, quem nunc se dicit cõponere: ad quẽ sæpe in hac apologia lectorem remittit, vt hic, & infrà. pag. 91. in fi. & 92. & iterum. 141. & iterum. 142. & 154.

Summarium.

1 *Quatuordecim paginas transcribit D. M. à libro de redditib. Ecclesiast.*
2 *D. Martinus iniustè repræhendit, affirmans nos dicere contraria.*
3 *Malè inducit D. M. concilium Tridentinũ.*

1 IN. XXVII. monito D. M. Nauarrus, transcribẽdo quatuordecim columnas, licet ordine mutato, à suo libro de redditibus Ecclesiast. 1. quæst. à. nume. 17. vsque ad. 30. à pagi. 23. vsque ad. 37. me primo arguit, quasi contrarias sententias præferentem, deinde verò refert, quæ sæpius dixerat.

Quòd autẽ non simus contrarij in eo, ꝙ diximus naturam bonorum Ecclesiastico-

rum ab initio nascẽtis Ecclesiæ, ab Apostolis cõstitutã, & per manus ad posteros trãsmissam, duplicem vsum videri prospicere: diuini scilicet cultus exhibitionẽ, & victũ pauperum, apparet: nã licet postea asseruerimus per diuisionem factam, vel erectionem
2 beneficiorum clericos fructũ eorũ effici dominos: id tamen non contradicit superioribus: cũ illud prius dixerimus, loquendo de illo statu bonorum Ecclesiasticorum primeuo, quando in cõmuni possidebantur: posterius verò, postquàm cuilibet clericorum est assignata sua portio, & per erectionem beneficiorum pars cuiuslibet est separata, ex illo enim tempore, ex lege iustitiæ, quilibet clericus suam portionem, tãquam propriã liberam, possidet: nã solum quoad legem iustitiæ attinet, clericos in parte sua liberos efficio, & non quoad legem misericordiæ.

Postea verò D. Martinus in eodem monito ex concilij Tridentini verbis, probare vult, bona beneficiorum onus, ac grauamẽ cõtinere ex dictione, ad, & ex dictione, in, &, ob, & ad, & ne, prout non, & alijs: sed fateor me non intelligere inductionem dicti
3 D. Martini: nã inducit cõcilium Tridentinũ, quod prohibet clericis, ne suos cognatos ditent, ponderãdo dictionem, ne, quæ secũdùm eum, inducit modũ: qui quidẽ inducẽdi modus cui possit probari, nõ intelligo: cũ mens, & verba concilij adeò aperta sint, vt inductione aliqua minimè ægeat, idemq; foret, si infinito ditare sine dictiõe, ne, vsum fuisset: sed hæc adeò leuia sunt, vt non sit opus insistere.

IN. XXVIII. monito D. Martinus optimè loquitur, & idem priùs dixerat in libro suo. 1. quæstio. nume. 10.

Summarium.

1 *DOcere, & curare sunt opera misericordiæ: sed nõ imputãtur à Deo, nisi gratis ea fiant.*

2 *D. Martinus malè infert in his, quæ dixerat.*

IN. XXIX. monito D. Martinus trãscribit plures colũnas ex suo libro de reddi tib. Ecclesiaſ. q. 1. nu. 60: pag. 62. vsq; ad. 66. & licet in hoc monito nihil dicat, q̃ ad nos pertineat: duo tamẽ, animaduersiõe digna,
1 notabimus. Primum, quòd licet verũ sit, docere, inter opera misericordię cõnumerari debere, vt D. Martinus hic affirmat: non tamen à Deo id imputabitur, nisi gratis fiat: nam si medicus grandi salario cõductus curet ægrotos, etiam si pauperes sint, recepit mercedem suam, vt in Euãgelio dicitur. Secundũ, pręsupposito quòd ipse D. Doctor ex allegationibus vulgarib⁹ dicit, quòd legatum alimentorũ, factũ diuiti, in foro exteriori non iudicatur pium, & si testator id dicat legare amore Dei: & per contrarium iudicatur pium, si legatur pauperi, & si nõ exprimatur id fieri amore Dei, infert, quod „ nõunquã ea, quæ apud Deum sunt opera „ pietatis, apud iudices iudicantur profana: „ & è conuerso quod est profanum in eius „ diuinæ Magestatis conspectu, pium inter „ gentes existimatur. Hæc sunt eius verba, „ in quo licet verum sit, nam Ecclesia etiam sæpè falli potest, & aliquando fallitur, vt in cap. Inquisitioni. de senten. excommunica. consequentia tamen, quam D. Do-
2 ctor Nauarrus facit hic, & in dicto libello pesima est: quia in vtraq; specie ex quibus id infert iudex, idem quod Deus iudicat: ergo ex his non consequitur, iudicium hominis à iudicio Dei differre, imò illi maximè conuenire.

Summarium.

1 *OPinio D. Nauarri, quòd id, quod corrasit clericus ex suo victu, sit liberum, nõ est communis.*

2 *Nemo potest mutare sibi causam possessionis.*

3 *D. M. quæstionis terminos mutat.*

4 *Mala interpretatio. D. Martini ad extrauagantem. S. Pij. V.*

5 *Quæstio loquitur de fraudantibus auarè genium suum.*

6 *Defenditur inductio. l. si à domino. in. §. Prædo. ff. de petitio. hæredita.*

7 *Ex notis arguimus ad ignota.*

In

IN. XXX. monito, &. xxxj. &. xxxij. &. xxxiij. postquã transcripsit. D. Martinus, quæ in alio libro dixerat, vt mos illi? est, nos repræhẽdit quòd dixerim: ea, quæ fraudando genium suũ corrasit miser clericus, eiusdem rationis esse cum cæteris beneficij sui fructibus: & primo, quia non est
1 facilè recedendum à cõmuni opinione, cũ tamen contrariam opinionem cõmunem esse nõ ostẽdat: ipse enim solum, vel vnus, aut alter eã sequitur, & Abbas Parnormi. cuius authoritas præpõderat, assentitur nobis, qui multas rationes pro hac opinione adduximus in libello de redditib. Ecclesiasticis, in. 3. parte, in cap. 5. quas videre licet: nunc verò nouã aliam rationem addimus, quia nemo sibi mutare causam possessiõis
2 potest, nullo titulo extrinsecus superueniẽte, vt in. l. non solũ, in. §. quod vulgo. ff. de vsu capio. & in. l. nemo. C. de acquirend. possessio. Si igitur natura redditus Ecclesiasticorũ est talis, vt in vsus pios sit, quod superest expendendum, ergo ex facto clerici, vel non facto, hos fructus possidentis, natura mutari nõ poterit, quòd ipse sit sordid⁹, vel auarus: nullo extrinsecus titulo, quod mutationẽ prædictæ naturæ inducere possit, superueniente: præterea, inter dantem, & accipientem debet esse differentia: vt in cap. fi. de institutio. nã agere, & pati, nõ cadit in eodem subiecto: vt. l. si creditori. C. de pact. quod esset si ipse sibi ex facto secũ suo hãc mutationem efficeret. Quoad fundamẽta D. Doctoris Nauarri multa possẽt dici, sed sunt illa ipsa adeò infirma, vt operæpretium nõ sit in his diutius immorari: solùm notabimus, quòd in. 6. suo fundamẽto ita inquit. Sexto quod ferè omnes minus „ edunt, & potant, vestiũt, & minorem fami „ liam alunt, quando sciunt, qd̃ ea, quæ omit „ tunt impendere in illis, seruare possunt in „ eleemosynas, & alia virtutum opera, quam „ cum cognoscunt, quod nõ plus reliquum sibi facient, si se abstinuerint, quàm si se sa-
3 turauerint. Sed errat D. Martinus: quia sensim mutat terminos quęstionis nostræ: nã si ad virtutum opera, & eleemosynas seruaretur id, quod clericus corrasit, non esset quæstio: quæstio enim nostra est, an id sit eiusdem rationis cum alijs fructibus, tenendo illam opinionem Archidiaconi, vt debeant in opera pia sub restitutionis obligatione erogari: vel possit de his quę corrasit, vt de bonis patrimonialibus disponere: nã si ideò fraudaret genium suum, vt eleemosynas faceret, nõ esset difficultas: talia sunt fundamenta de hac re D. Doctoris, qui suã opinionem firmiter probari ait in extrauaganti S. Pij. V. anno. 1567. tertio Kalẽdas
4 Septẽbris edita: quæ dicit, quòd non sunt annumeranda spolijs ea, quæ supersunt clericis beneficiatis, vel pensionarijs non habentibus beneficia, vel pensiones, quæ triginta ducatorum auri de camara valorẽ excedant: quomodo autem ibidem probetur, ipse diuinando inducit: quia videtur reliquatum ex necessario suæ sustentationi, quod verum non est: quomodo enim ex solis triginta ducatis annuis possit quis aliquid corradere? Sed ratio est, quia aliũde quàm ex dictis redditibus, id quod superest, videtur acquisitum, quid enim ex triginta ducatorum minori summa posset superesse?

IN sequẽti. XXXI. monito, iterum idem tractando dicit elegantissimè, quòd no- „
strarum rationum nerui sunt enerues, ver- „
bisque proflui: deinde refert rationes nostras verbis quibus sibi placuit vti: quæ nõ hic repetam, sed tantum ipsius argumentis satisfaciam. Ac primo inquit, quòd Panormitan. hanc nostram opinionem non tenet ex professo, sed per transitum eam asserere, alijs verò respondet: omnes rationes quas ego adduxi, præsupponere duo: quorum vtrumque est falsum, & contra receptas sententias: alterum scilicet quod omnis beneficiatus fraudando genium suum, est miser, & auarus, & peccat: alterum quòd nullus, qui auarè aliquid acquirit, potest plus de illo disponere, quã qui non acquirit: quod se falsum esse ostensurum duobus sequentibus monitis pollicetur: vt iterum, atq; iterũ singula prosequatur,

ac repetat: verùm his omnibus satisfieri per paucis potest.

Primò, quod ipsi non sumus loquuti de his, qui minimo cõtenti, tenuissimo cultu viuerẽt, vt in pios vsus parsimonia sibi magis superesset, vt supra diximus: ij enim extra omnem controuersiam profecto sunt: sed de his tantum egimus, qui genium suũ ea ratione fraudarent: quod vitium sonat, vt diuitibus consanguineis, aut in alios nõ pios vsus possint largiri. Ad ea verò quæ secundo loco nobis obiecit, respõdemus, verum nõ esse, nos id voluisse præsupponere: diximus enim, retentis eisdem terminis de fructibus Ecclesiasticis, nõ debere esse melioris conditionis in illis sordidum, & auarum, quàm qui liberalis esset, ac splẽdidus: ideò omnia quæ ponit in. xxxiij. monito, de exercente mercaturã ob auaritiã, & alia omnia possunt omitti: & qd̃ in dicto. xxxij. monito S. Pij, P. V. veris laudibus omissis, blanditur, dicens, quòd posset in cantoribus, quibus animum oppressum grauissimis negotijs reforcillaret, multa expendere: non libẽter cum alijs ibi scriptis legere (si fortè legit) existimo. cum scriptum sit cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris. Esaiæ. cap. 5. at D.M.N. φιλοτιμία μὲν ἐνεκεται δεινῶ κακῶ, Sed hæc omittamus iam.

Quod verò in fi. XXXIII. moniti D.M. dicit, me incautè citasse. l. si à patre. in. §. prædo. ff. de petitio. hæredi. & eã regulã, q̃ non debeat esse melioris cõditionis malus, quàm bonus: nam dicit, id debere intelligi, quando idem, vel simile vterque facit, non quando diuersum, falsum profecto est: tũc enim in ea re vterq; esset bonus, vel vterq; malus: ideo optimè applicatur nostræ opinioni: quia sordidus posset donare, liberalis non posset fructus sui beneficij, qui sibi ex victu, & vestitu, & suorum sustentatione supersunt: & de vno qui fecit, & de altero qui non fecit, loquitur tex. qui ponit similem regulã, in. l. Seruius. ff. qd̃ vi, aut clã.

IN. XXXIIII. monito, D. M. N. nos repræhendit, quòd pro fundamento assumpserimus, pauperem etiã teneri ad elargiendam eleemosynam, de superfluo, per eleemosynam quæsito: nam dicit hoc esse inane, si intelligam quòd tenetur, vt alij diuites, quia de hoc nemini dubiũ foret, falsé; si intelligo plusquam alij: ego intellexi primo modo: & quia nullã dubitationẽ continet pro fundamento constitui, vt argueré ad id, de quo dubitabatur: stultus enim essem, si ignotum per ignotius voluissem cõprobare: ideò ex hoc potest intelligi, quòd bona naturam non mutant: licet ad necessitatem alimentorum cõferantur, si aliquid ex illis supersit.

Summarium.

1 *Beneficiatus rectè comparatur vsuario, secundùm Archidiaconi opinionem.*

2 *Similitudo non in omnibus esse debet, sed in eo de quo agitur.*

IN. XXXV. monito D. Martinus immeritissimè, vt solet, nos repręhẽdit, quòd dixerimus secũdùm opinionem Archidiaconi, vsuarij instar, clericũ in beneficio cõstitui, cum vsuarios, quicquid sibi supersit, restituere teneatur: ait enim, Archidiaconũ nunquã hoc dicere: beneficiatum prętereа locandi, & vendẽdi redditus ius habere, qd̃ vsuario minimè sit concessum. Hęc est sua repræhensio: qualis ea sit, nullus certè est, qui non videat, cum nos de hoc tantũ agamus, an ea, quæ sibi supersunt, debeat restituere pauperibus, & pijs operibus insumere: ita vt ea solùm sibi possit retinere, quæ pro suo vsu illi sint necessaria: & in hac parte comparamus clericum vsuario, & instar eius facimus, secundũ opinionẽ Archidiachoni: qui solum sibi necessaria, & familiæ suæ cõcedit, & quòd cætera pauperib⁹ sint erogãda: neq; Doctores, qui vsuario cõparandum beneficiatũ existimabãt, sicut nec nos ignorabãt, eum ad trienniũ saltem, stãte extrauaganti, posse locare, sed in ea parte vsuarij nomen accipiebãt, quod ad rem, de qua agebatur pertinebat: & ita glos. in cap. fi. de pecu. clericorum, dicit quòd potius clerici beneficiati cõparantur vsuarijs: & plures aliæ glo. quas Abbas refert in repeti. c. cum esses. de testament. in nu. 21. & Anto. in cap. cũ. M. de cõstitutionib. nu. 9. eos vsuarios appellat: & omnes in dict. c. fi. de peculi. clericor. referũt, Doctores quosdam comparãtes vsufructuario, quosdam vsuario, & Aegidius in. c. cum venerabilis. de exceptio. in. 7. q. specialiter, an prælatus vsuario, vel vsufructuario sit comparãdus: vt mirandũ sit, D. Martino fieri nouum, ex opinione Archidiaconi, sequi, clericum beneficiatum vsuario comparandum: quòd locare fructus sui beneficij possit, quod facere vsuarius non potest, qui hanc subtilitatem, à se inuentam, nullum alium perspexisse credit, imò & glos. Ioã. Andr. in loco ordinario. s. in. c. præsenti. in verbo reseruari. dicit, aliquando beneficiatum comparãdum vsufructuario, aliquando vsuario, & ipsemet D. Doctor Nauarrus in suo libro de redditib. Ecclesiaſ. q. 1. §. 4. nu. 20. dicit, quosdam Doctores eos vocare vsuarios, quosdã vsufructuarios: nã & Alua. de Pelagio eos vsuarijs cõparat in lib. 2. de planct. Eccles. c. 55. col. 3. qua in re, illud notandum est, quòd hic etiam D. M. N. verba nostra non verè refert, namq; asserit, dixisse nos, secundùm opinionem Archidiaconi, esse tãtum vsuarios clericos beneficiatos, cũ nos instar vsuarij esse dixerimus, quod verissimum est, nec vllus hoc potest negare: nam similem esse vsuario, secũdùm dictam opinionem, euidẽs est: similitudo autem in omnibus esse non debet: vt notatur in. l. quod Nerua. ff. de poss. sufficit enim quòd in eo, de quo agitur, vt in. l. cum is. in. §. fina. ff. de condictio. indebit. licet in alijs multis differant, interse conueniant, quicquid velit D. M. hic & in dicto suo libro de redditib. Ecclesiast. in. 2. q. in nu. 13. & hoc non solũ verum est in iure nostro, verùm in parabolis, & similitudinibus diuinis, quæ in Euãgelio continentur: vt non per omnia singula verba sint attendenda, sed illa ad quorũ finem parabolæ inducũtur: vt apparet in parabola villici iniquitatis, Lucæ. 16. quẽ pater familias cõmendauit, vt exponũt Origen. & Aug. & Lucæ. 19. vbi Dñs repręhendit seruum suum de neglecta vsura: non enim ex illis verbis parabolę potest summi argumẽtum, vt vsura nõ sit lege naturali, & diuina reprobata, & mala: & Matth. c. 20. secundũ Chrisosto. de his, qui murmurabant, quòd paterfamilias fecisset pares eos, qui vna hora laborauerant, cum ipsis qui pondus diei & æstus portauerant: cũ tamen illi, qui accipiũt denarium. i. vitam æternã, non murmurent cõtra Deum: deniq; similitudo bona erit, si in eo, de quo agitur cõueniant, seu consonent: licet in multis differant: verba enim non simpliciter, sed relatiuè, ad id, de quo agitur, sunt vsurpanda: vt in. l. maiore parte anni. ff. de verb. signific. & in. l. quos nos. in. §. locuples. eodem tit. & in. §. quòd autem. insti. de legi. agna. tutel. vbi est optimus textus.

IN. XXXVI. monito D. Martinus nos repræhendit, dixisse, beneficiatum vsufructuariũ esse causalem: & quasi res egeret aliqua interprætatione, & maximè esset recõdita, docet, quis dicatur vsufructuarius causalis, ex mẽte Bar. in loco vulgari, & ordinario: sed quæ ad istum monitum pertinẽt diximus suprà circa. xxiiij. monitum, ideò hic non repetemus.

Summarium.

1 *Repræhensio D. Martini est iniusta: quia nos loquimur in terminis Doctorum.*

2 *Empta de redditib. Ecclesiast. fiunt Ecclesiæ.*

3 *An autem possessio etiam quæratur, licet clarè ostendatur: quia tamen est opinio noua relinquitur alijs iudicanda.*

4 *Empta ex redditib⁹ Ecclesiasticis beneficiorum non acquiruntur Ecclesiæ, vbi est cõsuetudo, vt clerici de illis disponant.*

IN. XXXVII. monito D. Martinus me repręhẽdit de multis. Primò, quòd in. 3. parte nostri libelli. c. 2. rigidioré bñficiatis, quàm cõmunis, & ipse est, me exhibuerim: & cõcludã, empta de fructibus beneficiorũ Ecclesię quęri: ita, vt dominiũ, & possessio, trãseat in Ecclesiã: in quo primo est notandũ id, q̃ ipsemet D. Martin⁹ vidit, quod ibi agi-

agimus,de fundanda opinione Archidiaco
ni,vt ex initio illius capitis constat.Secun-
do verò imponit,me dixisse, quòd vestes,
libri,phialæ , & alia quæ ipse refert, empta
„ à beneficiato de redditib⁹ Ecclesię in vsum
„ suarũ personarũ , aut ad donãdum quibus
„ oportet,ad remunerandũ quibus oportet,
„ aut in opera pia &c.acquiri Ecclesiæ:quod
„ tamen non est verũ,me dixisse: sed loquẽs
1 in terminis,quibus Doctores loquũtur, &
textus,dixi, & argumẽtum sumpsi pro Ar
chidiacon.quòd empta à clerico de redditibus Ecclesiasticis sunt Ecclesię,&istis verbis loquũtur Doctores,quorũ esse cõmu.
opi.testatur.R.D.Episcopus Segobiens.in
2 cap.1.de testamen.nu.5.loquendo per hæc
verba indefinita,res emptas.

Et quòd ipse me reprehendit in ponderatione textuum,qui solùm dicunt,quòd debet facere clericus instrumẽta eorũ,quæ emit nomine Ecclesiæ D.Martinus non adverti,quòd ideò ego dixi in dicto libello in dicto.c.2.quòd Hostiens.& Io.Andr.& Barb.qui eos refert,dicunt illam opinionẽ, quæ tenet,dominium rerũ emptarum ex fructibus beneficiorũ acquiri Ecclesię,esse inductam potiùs à magistris, quàm quod ex textibus probetur: nihilominus tamen cõis opinio est,quòd queratur Ecclesię dominiũ,ideò debet fieri instrumẽtũ nomine Ecclesię,quia sunt res Ecclesię:& qui id nõ fecerit,*tanquã rerũ Dominicarũ inuasionis crimine tenetur,nisi,&c.*inquit textus in.c.placuit.12.q.2.& ita quæ ego dixi, sunt verba omniũ Doctorũ:quod verò de possessio-
3 ne dixi,vt quæratur nedum dominium Ecclesiæ,adeò ex iuris principijs probaui, vt optarem maximè,quòd D.Martinus meis rationibus respondisset,& de substantia rerum ageret,& non semper verba aucuparetur:tamẽ in fine dicti capitis in re,per rationes & tex.à me adeò probata addidi mode
„ stissimè hæc verba. Sed quia noua est hæc
„ opinio,nec per aliquem Doctorũ nostro-
„ rum tentata,ideò alijs iudicandã relinquo.

Quod autẽ D.Nauarrus notat hæc esse contraria nostræ opinioni, quis ei negabit, quòd opinio Archidiaconi,& omnia,quę pro eo facerent,sint cõtraria nostræ opinioni:sed ea omnia,quæ pro eo faciunt,loquũtur,vel quando viuebant in cõmuni clerici,cum & in nostra Hispania omnes ferè
4 Ecclesiæ,quæ nunc sunt sęculares & cathedrales,priùs essent regulares:sed postquàm beneficia sunt erecta,& cuilibet clerico est separatum,quid habere debeat,& consuetudines de his rebus in vita,& in morte disponendi inualuerũt, prædicta iura locum non habent,neq; lege iustitiæ tenentur clerici ad aliquam restitutionem,cum de suo consumant,non de alieno: & distinguẽdo tempora status ecclesiæ,omnia facilè conciliari possunt:hęc omnia in libello nostro sunt adeò clarè exposita,dũ B.Thomę opinionem cõprobamus,& argumẽtis contra eum per nos inductis respondemus, vt facilè R.D.Doctor Martinus Nauarr⁹ potuisset hæc intelligere : imò ipse in.xlj.monito & sequenti, quid nos senserimus ostendit, & quod ad empta de redditib. Ecclesiasti. attinet,satis in nostro libello respõdimus, & vide quę infrà dicẽtur circa monit.lxvj.

Summarium.

1 *Calumnia D.Martini in hoc monito notatur.*

2 *Multa hic transcribit ex suo libro de redditibus Ecclesiast.*

1 IN.XXXVIII.monito D.M.N. Apologiæ author astruit nobis maximam calumniã,vt in principio huius libelli ostendimus:& ibidẽ,quæ ad istud monitum pertinent videri possunt:notandũ tamen,ꝙ in hoc monito multa transcribit ex suo libro
2 de redditi. Ecclesiast.nã in nu.11.trãscribit ex dicto libro.q.1.nu.28.pag.33. cũ sequentibus.& in nu.3.versi.13.trãscribit etiã multas pag.ex dicta.1.q.nu.47.pag.54.

Summarium.

1 *Dominus Martinus hic plures pag.transcribit,vt solet.*

2 *Clericus in fructibus sui beneficij nõ vtitur vel abutitur re aliena,etiã si sibi superest.*

3 *Millies repetit eadem D.M.N.*

In

1 IN.XXXIX. monito,D. Martinus.N. transcribit multas paginas ex dicto suo libro.1.q.pag.16.num.9.in fine,vsq; ad.15. pagi.21.ac vult probare,clericum malè insumentem fructus beneficij, agere cõtra legem iustitiæ:quia agit cõtra Decalogi pręcepta,quæ omnia sunt leges naturales iustitiæ:quia furatur,& abutitur re aliena, cõtra
2 intentionem domini : hoc tamen quòd re aliena in fructibus sui beneficij clericus vtatur,vel abutatur,falsum est:quia cũ ea portio sibi legitimè applicata sit, sua est: vt latissimè in libello nostro ostendimus : ex quo cessant omnia, quæ ipse millies repe-
3 tit:vt apparet ex.3.quæst.in secundo monito,vbi hæc idem repetit,& in.2. questio.in septimo monito.

Summarium.

1 *Omnia,quæ D.Martinus in hac.1.quæstione affert,superuacanea sunt.*

2 *De opinione S.Thomæ:& quòd D.Martinus in hac prima quæstione fingit sibi aduersarios.*

3 *S.Thomæ verba sunt clara contra D.Martinum,neque poßunt cauillari.*

1 IN.XL.monito D.Martinus contendit, S.Thomam tenere suam opinionẽ : sed quia de hac re in nostro libello de redditib. Ecclesiast.latissimè scripsimus,nec eadem hic exemplo.D.Doctoris repetamus, breuissimè procedemus.Et primò notandum est D.Martinum falsò dicere in hoc.xl.monito pag.179. me fateri,ꝙ S.Thomas nunquam expressè affirmauerit contrariã opinionem:quia semper dixi,& nunc dico cõtrarium,scilicet S. Thomam claris, & expressis verbis tenere opinionem nostram, quòd clericus malè consumens redditus suos Ecclesiasticos, non teneatur ad restitutionem. Secundo etiam animaduertendum est, parum aptè ad hanc primam quę stionem, quam D. Nauarrus disputat,adduci in controuersiam doctrinam beati Thomæ : cum in hac quæstione ipse tractet, & teneat, clericum insummentem vanè,& profanè, vt verbis eius vtamur, fructus beneficiorũ,peccare mortaliter,quod nos etiam fatemur, & fassi sumus semper: licet D. Martinus falsò nobis contrarium imposuerit in monito præcedenti, vt ostẽdimus in principio huius libelli,& S.Thomas expressè hoc dicit : namque ait, abusum in his rebus peccatum esse,licet non teneatur ad restitutionem, ideò tenetur ad
„ pœnitentiã peragẽdam:ita inquit,in quot-
„ libet.6.art.12.ad tertiũ:& ita in quæst.185.
in.2.2.ad secundum, in fin. dicit, clericos non peccare,donando cõsanguineis:dum-
„ modo faciant moderatè, idest, vt non in-
„ digeant: non autem vt ditiores inde fiant:
„ ex quo apparet in hac quæstione D.M.
2 N. aduersarios sibi fingere, vt modo suo & pugnare, & vincere possit, aërem verberando : nam in quæstione sequenti, in qua de obligatione restitutionis agitur,vera pugna consistit: ita vt maior pars huius libri,quæ in prima quæstione versatur,superuacanea sit, licet conuitijs satis sit plena: ideò me fortassis sub nota. N. indicat, quòd illa quæ ipse refert, dicat nemo, ὅτις ἔμοι γάρ ὄνομα Item quod de Regulis,& Marchionibus & alijs inculcat, & nescio contra quem inducit,est suum inuentum:quia nullus est, qui contendat, non peccare magis clericos, quàm laicos in abusu rerum suarum : nam expendere in venationibus, & similibus, cum in re sibi prohibita consumat , magis clericus peccabit : licet D. Martinus. N. summos Pontifices in musicis,dum cenant expendere posse, concedat, supra in. xxxij. monito : sed ea nos omittamus : hoc autem verissimũ est, me nunquam in dicto libello de redditib. Ecclesiastic. laico clericum comparasse,& S. Thomas cõparat patrimonialia clerici reditibus sui beneficij,non verò patrimonialibus laicorum,quidquid D. Martinus inuoluat.

3 Quòd verò S.Thomas teneat apertè opinionẽ nostrã pręter ea,quę latissimè diximus in nostro libello de redditi. Ecclesiast. in.2.part.in.c.2.per totum:nunc vnico verbo ostẽdemus, nam in hoc solùm versatur

differentia inter D. M. Nauarrum, & me, quòd ego assero, S. Thomam apertè velle illam portionem, quæ Episcopo suæ mensæ, vel clerico est applicata, per erectionē beneficij, esse totam liberam à lege iustitię, D. verò Martinus vult, solā illam partem esse liberā, quæ sibi est necessaria ad se sustentandum, reliqua verò iustitiæ legi esse obnoxia, vt pauperibus largiri debeant, sed S. Thomas expressè contrarium vult: nam in quotlibet. 6. q. 7. art. 12. ita dicit. Aliter ergo dicēdum est de illis Ecclesiasticis bonis, quæ principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum, & ex cōsequenti necessitatibus ministrorū: sicut sunt bona hospitalium, & aliorū huiusmodi: & aliter de illis bonis, quę sunt principaliter attributa vsibus ministrorum: sicut sunt præbendæ clericorum & alia huiusmodi: nam in primis bonis peccatum committitur, non solū ex abusu, sed etiam ex ipsa rerū cōditione: dū aliquis in suos vsus assumit, qd̄ est alterius: & ideò tenetur ad restitutionem, tanquam defraudator rei alienæ: in secundis verò bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est: vnde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad pœnitentiam peragēdā. Hæc sunt verba S. Thomæ: ecce quod dicit, sicut sunt præbendæ ministrorū: nō dicit pars præbendæ, & ista verba sunt clara, nec recipiunt glossam, nisi quæ textum corrigat, item dicit in quæst. 185. 2. 2. arti. 7. peccare per abusum sicut de bonis patrimonialibus dictum est: vt peccet quidem si immoderata sibi retineat, & alijs non subueniat, sicut requirit debitum charitatis: ergo loquitur de superfluis, in quibus quoad legē charitatis dicit peccare, & non teneri ad restitutionem, vt expressè ex præcedenti distinctione apparet: & ita eum intelligit Abulensis, qui tenet nostrā opinionem super Mattheum, tom. 3. fol. 29. & 30.

¶ *Summarium.*

1 *Dominus Martinus in hoc monito plura eisdem verbis transcribit.*
2 *Per diuisionem, quæ erant communia, efficiūtur propria.*
3 *Intentio agentis debet iudicari secundùm actus naturam.*
4 *D. Martinus multa capit ex libello D. Francisci, tacito authore.*
5 *Clericus ruinosam ecclesiā reficere tenetur.*
6 *De interpreta. cap. 1. et cap. de his. de Eccles. ædifi.*
7 *Hoc non efficit, clericos fructuum sui beneficij non esse dominos.*

1 IN. XLI. monito. R. D. Doctor Nauarr⁹ totidem verbis transfert decem pagi. ex libro de redditib. Ecclesiaſ. q. 1. nu. 32. pag. 37. vsq; ad. 47. à principio hui⁹ moniti, vsq; ad pagi. 201. & postea vsq; ad finem trāscribit aliqua à nostro libello: sed his omissis in hoc monito, nos reprehendit, q̄ dixerimus diuisionem bonorum, & erectionem
2 præbēdarum mutauisse priorem naturam bonorum Ecclesiasticorū: ita vt quæ prius erant cōmunia, per diuisionem in parte clericis adiudicata efficiātur propria: quod D. Martinus reprobat ex satis vulgaribus fundamentis, scilicet, quòd actus agentium nō operentur vltra eorum intentionem: cum
3 tamen intentio diuidentis semper sit, & ob hoc fiat diuisio, vt quæ priùs sunt cōia, efficiantur propria, pro ea parte quæ cuilibet applicatur: quia hæc est diuisionis natura: arg. l. si duo. ff. de acquir. hæred. quidquid. D. Martinus dicat, quod elegantissimè explicat Paulus iurisconsultus, in. l. rectè dicimus. in. §. Quintus. ff. de verbor. significat. cuius verba sunt. *Quintus Mutius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari: nam quod pro diuiso nostrum sit, id non partem, sed totum esse*: cōtrarium vult D. Martinus. N. vt ea pars, quæ clerico ex diuisione contingit, non sua tota sit, sed tantum ea pars, quę suæ & suorum sustentationi est necessaria: quod cōtra naturam diuisionis esse iam diximus, & statim docebimus, & dictus textus expressè probat: sed quia D. M. N. in sequēti monito id examinat, nos ibi dicem⁹, nā huius libelli ordo est, ordinem D. Marni seruare.

Illud

4 Illud autem hic erit annotandum præcipuè quod D. Nauarrus ex nostro libello tacitè accipit inductionem legum singularium, quas nos adduximus in cap. 4. nu. 10. parte. 3. quod verò attinet ad interprētationē. c. fi. de his, quę fiunt à maior. part. Cap. in quo D. Martinus insistit: latissimè, subtiliter, & nouè nos interprētati sumus in dicto libello in. 3. parte, in. c. 3. nu. 8. cū sequētibus: cui tex. D. Martinus. nu. 8. in isto monito. xlj. dicit, se assignare pulchrum intellectum in summario, cum tamē nihil aliud dicat, quàm quod Deci. & Abbas: qui an bene interpretati illum textum fuerint, in dicto loco libelli nostri videre licet. Sed q̄ ad rem de qua nunc agimus attinet, etiā si clericus redditū sui beneficij dominus sit, nō tamen vllus negabit, si abundet redditibus, & Ecclesia ruinā patiatur, posse compelli,
5 subsidium Ecclesiæ prestare, vt cap. de his. de Ecclesi. ædificand. nec hoc efficit, quòd non sint fructus eiusdem rationis cum patrimonialibus, quia etiā ex istis, sicut & alij de Parrochia compelli posset, ad subueniēdum Ecclesiæ: vt per Abb. in. c. 1. de Eccles. ædificand. de quo vide in cap. sequenti, sed maiori ratione ex Ecclesiasticis cleric⁹ compelli poterit: quia sicut donatarius donantem alere debet ex rebus donatis, si maximè indigeat, sub ingratitudinis pœna: vt notat glos. in. l. fin. in verbo voluerit. C. de reuocan. dona. vbi Ripa. q. 49. not. Abb. et Imol. in cap. fi. de dona. Bar. in tract. de aliment. num. 45. Fab. in. §. sciendum. fin. col. de dona. Hippoly. singu. 77. Palat. Rub. in. rub. de dona. inter virum & vxorem. §. 70. nu. 25. Facit optimus textus, in cap. quicunq; fidelium. 16. q. 7. ita clericus tenebitur de bonis, quæ ab Ecclesia habet eidem
6 indigenti subuenire: quod subsensit tex. in dicto cap. de his. Et hic est verus eius intellectus: quod non efficit, vt dominus suorum fructuum non sit, veluti patrem teneri ad
7 subueniendum filio indigenti, nō impedit quin suorum bonorum dominus sit, vt ad sensum patet, & probatur in. l. non vsque adeò. ff. si à parentib. quis fuerit manumiſ.

Hæc enim D. M. N, argumentatio, tenetur in fabricam Ecclesiæ egenti subuenire clericus ex redditibus beneficij, ergo domin⁹ fructuum non est, probabilis argumentatio, ac necessaria consequentia non est, sed falsa, vt supra ostendimus.

Summarium.

1 *Ἀδολεχία D. Martini. Nauarri.*
2 *Hic repetit multa, & transcribit D. Martinus, & in monito præcedenti.*
3 *Diuisio ab onere reali non eximit.*
4 *Pauperū appellatione in hac materia veniūt omnia pia opera.*
5 *Diuisio eximit ab onere reali, si ratiōe illius oneris cum eo, cuius fauore onus est constitutum, fiat.*
6 *Diuisio cum pauperibus facta, non fuit administrationis, sed vtilitatis gratia.*
7 *Administratio partis pauperum remansit, vt priùs ante diuisionem.*
8 *Quod clericus reficere teneatur Ecclesiam, non efficit, quin sit dominus fructuum.*

1 IN. XLII. monito, quod sub præcedenti quidem, si D. Martinus voluisset, comprehendi poterat, reprehendit nos dixisse, quòd cum titulus diuisionis sufficiens sit, ad dominium transferendum: vt id quod priùs erat commune per diuisionem in parte contingenti, proprium efficiatur: & ita per diuisionem clericus, fructuum partis sibi obtingentis, tanquam dominus possit disponere: nā dicit, quòd huic argumento, licet ego dissimulauerim, ipse se satisfecisse respondet, in suo libello de redditib. Ec-
2 clesiast. 1. q. nu. 32. cum multis sequentib. sed nūc dicit, se formaliter respōdere velle: quòd antecedens, scilicet, quòd titulus diuisionis transfert dominium, intelligatur de dominio illius speciei, cuius ante diuisionem dominium erat: nam si dominium in communi erat directum, per diuisionem trāsfertur directum, si vtile, vtile: & eadem ratione, si dominium erat oneratum onere pensionis, vel census, cum eis per diuisionē
3 transfertur, in quo D. Martinus optimè dicit, & probatur in toto titulo. C. sine cens.

vel reliq. fundum vendi non posse: quia (vt vulgare est) res trãsit cum onere suo: tunc sic argumentatur D. Martinus, posito sine præiudicio veritatis, quòd dominium bonorum Ecclesiasticorum fuisset commune Episcopo, fabricæ, clericis, & pauperibus: cum tamen illa omnia ante prædictam diuisionem eis essent ita cõmunia, vt omnia quæ superessent ministris honestè sustẽtatis, pijs operibus erogarentur, quod me fateri inquit: ergò per diuisionem non fuerũt à prædicto onere liberata: sed D. Doctor occultè fallaciã infert: & quod ipse sæpius fatetur, nunc quodammodo subticet: nam significat, esse quinq; personas, & inter quatuor tantum fieri diuisionem, & quintam, scilicet pia opera remanere sine parte: cum tamen ipse aliàs dixerit, & verum sit, paupe
4 rum appellatiõe, in hac materia, omnia pia opera contineri: & sic ipse asseruit in suo libro de redditib. Ecclesiast. & sese ipse allegat supra in ista Apologia, monito. xxviij. in principio, vbi idẽ probat: non igitur sunt quinque personarum species, sed quatuor: & inter has omnes quatuor est facta diuisio: nunc ad argumentum, diuisio fit, remanente onere priori: dico falsum id esse, quando
5 ratiõe illius prioris oneris datur pars in illa re: quia tunc per diuisionem fit pars libera, vt si exempli causa: Titius & ego possidemus fundum pro indiuiso: qui fundus in decem singulis annis est Sẽpronio censualis: si ego, & Titius soli diuidimus, non liberamur à Sempronio, sed si Titius, & ego, & Sempronius, ratione sui census, vocatus in diuisionẽ, diuidimus, ita vt ratione sui census habeat fundi tertiam partem Sempronius, sicut & Titius, & ego, pars nostra libera à Sempronio remanebit: ergo cum diuisio fuerit facta cum pauperibus, Episcopo, clericis, & fabrica, partes suas liberas à pauperibus, quoad legem iustitiæ, clerici possi debũt: & ita detegitur fallacia D. M. N. qui personarum quinque species constituerat, vt vnam posit dicere non fuisse vocatã ad diuisionem: cũ tamen id ex suamet doctrina falsum apertè sit: sed intelliget. D. M. N. quàm facilè nouus hic author (sic enim me appellat) huiusmodi arguitas, & sophismata detegat: & ita D. Martinus malè hoc argumentum se torquere dicit.

Secundo modo etiam respondet, negando minorem. s. quòd Episcopi, & clerici essent ante diuisionẽ domini, sed æconomi, & ad ministratores: & hac ratione, causa tollẽdi occasionem rixarum, factam fuisse diuisionem: sed hæc respõsio nihil obstat, nec soluit argumentum: nam in primis ab ipso quęramus, an diuisio facta cum paupe ribus, & fabrica sit facta ratione æconomatus, & administrationis: an post diuisionẽ
6 sunt pauperes effecti æconomi: an potiùs fuerit diuisio facta ratione vsus, & comestionis, & vtilitatis gratia: nã sicut fuit pars pauperũ diuisa ob vtilitatem, & comestionem, vt eam non deberent communicare vsib⁹ clericorũ: ita ea pars, quę fuit assignata clericis, & Episcopo, libera est assignata à pauperibus: alioquin diuisio esset leonina, & iniqua: vt in. l. si non fuerint. in. §. fin. ff. pro soc. quinimo pars quæ contingit pauperibus, & illa, quæ contingit fabricæ, in administratione Episcopi remãsit: vt
7 in cap. quatuor, & cap. cõcesso. & cap. Vulteranæ. cum alijs. 12. q. 2. ergo diuisio non fuit facta cum pauperibus, & fabrica, ratione administrationis, ad sedãdas rixas inter Episcopos, fabricarios, & eleemosynarios, contra id quod D. M. N. dicit in monito xlj. cum remãserit eadẽ administratio post diuisionem, quæ erat antea: sed ratione vtilitatis, & vsus, fuit facta diuisio: ergo post diuisionem, quoad legem iustitiæ, in aliorũ partibus nullam possunt prætendere vtilitatem, sicut neq; alij in parte sua: nam vna eademq; diuisio nõ debet diuerso iure censeri, vt dict. tex. in cap. cognouim⁹. 12. q. 2. & quod ipse in monito sequẽti. xliij. dicit, partem pauperum, & fabricæ non remanere magis liberas: quia si portiones Episcopi, & clericorum ita extenuarẽtur, vt non possent ali, posset ex partibus illis assumi supplementum, nõ obstat: quia quoad pauperum partem attinet, nõ mutatur eius vsus, si pau

si pauperi clerico, vel Episcopo erogetur: sed quoad hanc partem & aliam generaliter respondeo hoc non efficere, vt simpliciter non dicantur liberæ, sicut de portione clerici dixi in cap. præcedenti, qui compelli potest, ad reficiendum Ecclesiam collabentem: ita etiam posse superior partem fabricæ, ex ista causa paupertatis, clericis applicare: interim tamẽ, dum nõ applicatur, nõ ipso iure pars illa huic oneri erit obnoxia: ex quo apparet ex lege iustitiæ, nõ esse talem naturam inductam, alioquin nulla superioris applicatio requireretur, cum tamen factum superioris, cum maiori parte Capituli, ad hoc desyderetur: vt in dict. c. fi. de his, quæ fi. à maio. part. Cap. ante verò quàm id faciat superior, onus illud nõ est, ipso iure per legem iustitiæ, partibus illis in iũctum: post impositionem verò legitimã non esset dubium: nam si ecclesia statueret, vt quilibet beneficiatus decimam pauperibus solueret, ad id, ex lege iustitiæ, teneretur, sicut de quarta, quæ Catholico Regi nostro soluitur, dicere possumus: itẽ Parrochiani tenentur, & clerico egenti, & Ecclesiæ labanti de suis bonis patrimonialib⁹ subuenire: vt notat Abb. & alij in cap. de Ecclesi. ædificand. diximus in nostro libello. 3. par. cap. 4. nu. 12. bona tamen, ex sua natura, non ideò minus sunt libera, etiam si ad id dominus compelli posit: eademq; ra
8 tione fruct⁹ clerici, quos colligit ex suo beneficio, vt in cap. præcedẽti diximus: nam hæc quasi necessitas quædam extrema est, ad quam subleuandam nullus excusari debet: & ita remanent valida nostra argumenta solutionibus D. Martini reiectis.

Nam in eo quod D. Martinus in præcedenti monito, nu. 2. dicit, ob alium finem, scilicet ad sedandas discordias, quas communio excitare solet, facta fuerit dicta diuisio: vt in. l. cũ pater. in. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. errat, dum putat, quando ob eam causam diuisio fieret, verã diuisionem non esse, neque parere veræ diuisionis effectus: quod falsum est, vt ad sensum patet, & probatur expressé. in. l. si conuenerit. in fin. ff. pro soc. quod verò dicit administrationẽ tantum diuisam, suprà reprobatum est, & ostensum, esse falsum: cum pars pauperum & fabricæ remanserit, vt prius, in administratione Episcopi.

Summarium.

1 *Dominus Martinus transcribit multas paginas, vt solet.*
2 *De intellect. cap. 1. de cleric. non residentib. libro. 6.*
3 *Noua inductio illius textus.*
4 *Argumentum à contrario sensu aliquando est necessarium.*
5 *Dominus est, ergo potest alienare.*

IN. XLIIII. monito, D. Martinus. N. vbi transcribit multas paginas ex suo libro de redditib. Ecclesiast. in. 2. q. nu. 14. à principio. pagi. 176. vsque ad. 181. admistis quibusdam nostris allegationibus, agit de
1 intellectu. cap. 1. de clericis non residentibus. lib. 6. quem nos pro nostra opinione allegauimus: vbi probatur, canonicos residentes fieri dominos distributionum cotidianarum, canonicatuũ, seu beneficiorum suorum, quod argumentum ipse (vt verbis suis vtar) neruosiùs se proposuisse ait in suo libro de redditib. Ecclesiast. & eo dẽ modo nunc proponit, vt modo suo soluere possit: ego verò modo meo proponã, vt ipse aliquod mihi responsum reddat: &
2 in primis ab eo quero, an ibidem probetur, canonicos, & alios beneficiatos residentes dominium quotidianarum distributionũ consequi, in illis verbis: qui verò aliter (scilicet, non residendo, vel assistendo diuinis officijs) de distributiõibus ipsis quicquam reciperit, rerum sic receptarum dominium nõ acquirat, nec faciat eas suas, &c. Si dicat D. Martinus hoc probari apertè, destruet omnia à se dicta, cum affirmet, etiam post erectionem beneficiorum, clericũ non esse dominum fructuum sui beneficij, sed administratorem: cum, inter distributiones quotidianas, & alios fructus non esse differentiam, ipse fateatur, in suo libro, in. q. 1. nu. 74. & sequetur etiã: si domini sunt, ergo cum

cum ab Ecclesia in erectione beneficiorũ onus non sit impositum, erunt fructus liberi, quoad legem iustitiæ: sed ipse potius ne-
3 gat, ibi probari esse dominos: ideo nos illũ textum sic inducimus: tex. ille clericis non residentibus imponit pœnam, vt non fiant domini distributionum quotidianarum, ergo residẽdo efficiuntur domini: alioquin ineptum esset imponere in pœnam id non residẽtib⁹, quod cõmune esset residẽtibus, & nõ residẽtibus: nam quod ipse D. Martinus dicit, sumi istud argumentum à contrario sensu, ideò esse inefficax: ego isto modo induco, non à contrario sensu: & hæc inductio probatur expressè, in.l.1. in fin. ff. ad
4 municipal. Item à contrario sensu necessarium est omnino argumentum, quando, si non assumeretur, esset dispositio in ea parte, à qua argumentum sumitur superuacanea: qualis esset in dicto cap. in illa pœna, quæ non residentibus imponitur. s. ne domini efficiantut, & in hac specie adeò argumentum à cõtrario sensu est necessarium, vt etiã si inducatur iuris prioris correctio summendũ sit: ad hęc non est opus multis allegationibus vti, cum sit vulgare, & per Euerard. in suis topi. legali, in argumento à contrario sensu, col. 5. cum sequẽtib. latissimè tradatur, probatur ergo ibi necessariò, ꝙ clerici sunt domini redditũ beneficiorum suorum: & vult apertè S. Tho. loquẽdo de Episcopo in opuscu. 18. de perfectio. vitę spiritua. in cap. 18. ibi: non solũ dispen-
„ sator fructuum, sed dominus fiat eos lucri-
„ faciens. Nec obstat concilium Tridentinũ, per quod contrarium esse de fide asserit D. Martinus, quia iam concilio satis respondimus supra circa monitum. xxiiij. ideò hic non repetemus, licet sæpissimè id repetat R. D. M. N. ad id verò quod inquit: nam sequitur, est dominus clericus fructuum sui beneficij, ergo potest de illis disponere, vt apparet ex multis legibus, quas nos cumulauimus in libello nostro, in. 4. parte, in. c. 6. num. 11. quarum aliquas ipse allegat, dici
5 mus, quòd consequentia est necessaria: dominus est, ergo potest alienare, ex natura dominij, nisi extrinsecus aliqua iusta causa alienationem impediat, cum ergo hæc causa in dictis redditibus nõ reperiatur, nec ex diuisione, nec ex beneficiorum erectione: sed potius ex eis concedatur dominium, cũ hæc sit earum natura, vt supra ostẽsum est circa monitũ. xlj. Ergo liberi sunt dicti fructus, qui ex beneficijs colliguntur, quoad legem iustitiæ: & ita sine obligatione restituendi, poterunt alienari.

¶ *Summarium.*

1 *IVs disponendi de redditibus Ecclesiasticis prouenit à dominio in eis, qui sunt capaces dominij, in alijs ex iure administrandi.*

1 IN. XLV. monito D. Martinus me repręhẽdit, quòd dixerim, facultatem impendendi redditus Ecclesiasticos dominio inniti, quòd habẽt beneficiati: nam inquit, beneficiati regulares, & monachi Episcopi eodem modo, & tam liberè possunt impẽdere fructus suorum beneficiorum, quàm seculares beneficiati, ex doctri. Cardin. millies ab eo allegata, cui neminem ait contradicere: sed regulares non possunt dominiũ habere: ergo non fundatur ius disponendi in dominio. Ad hoc argumentum ego respondeo, primò, falsam esse hanc doctrinã Cardinalis quam D. Martinus, tãquam regularis toties inculcat, & cõmendat, vt latiùs diximus suprà circa monitum. xj. quæ hic non repetemus: pręterea dicimus, in habentibus dominium quales sunt sæculares clerici, quoad redditus beneficiorũ, de quibus locuti sumus, ius alienandi, & disponẽdi prouenire, & dimanare à dominio: vt ostendimus in moni. præcedenti: in his verò, qui tantum administrationem habent, illis solũ speciebus, quibus possunt alienare ab administratione proficisci: vt in tutore contingit, & ita hæc repręhensio D. Martini refellitur.

Summarium.

1 *DE interpretatione cap. peruenit. de fide iussoribus.*

2 *Solutio D. Martini, quam ipse plurimi facit, nullius momenti est.*

3 *Donatario non debet posse soluere clericus, cum teneatur donatarius restituere.*

4 *In sustentatione non venit, vt debita debeat solui.*

5 *Si debitum est ex causa lucratiua, exceptione repelli creditor potest, secundũ opinionem Archidiaconi.*

6 *D. Martinus res leuissimas narrat, vt mirabiles.*

1 IN. XLVI. monito, D. Martinus. N. nos repræhẽdit circa interprætationem textus, in cap. peruenit. de fideiussorib. in quo probatur: si clerici ære alieno grauati reperiãtur, debere satisfieri creditoribus de fructibus beneficiorum: quod probat eos esse dominos: nã si administratores tãtũ essent, nõ possent debita administratoris solui ex domini bonis, vt in.l. id quod pupillorum. ff. de compẽsationib. Item si pauperes sunt creditores ex lege iustitiæ, vt ipse D. Martinus voluit, nullus potest esse antiquior illius rei creditor ipsis pauperibus: cum pauperum creditum cum ipsa re ortum sit, vt latius dixim⁹ in dicto nostro libello de redditibus Ecclesiast. in. 4. parte, in cap. 1. nu. 1. cum sequent. quod argumentum adeò validum est, vt nullus scribentiũ, qui opinionem contrariam secuti sunt, illi textui conuenientem responsionem dederit: hæc est nostra noua illius tex. singularis, & subtilis inductio: licet D. Martinus dicat, se neruosius inducere: quam inductionem apud ipsum legere licet: addit præterea se veram solutionem dedisse in libro suo de redditib. Ecclesiast. in. q. 2. nu. 35. ac nescire se, quare ipse dissimulauerim, nisi quia fortè mihi deerat replicatio cõtra solutionem, quam dicit omni legi, & consuetudini consonam: sed vt meæ dissimulationis rationem rẽddam, id meum consilium fuit: quia nec tũc animus mihi nec mẽs. D. Martinum repræhendendi erat: at verò nunc adeò vrget, vt animo libentissimo inseruiendum eiꝗ; satisfaciendum putem: inquit enim beneficiatum qui non habet alia bona, ex quibus suis creditoribus soluat, esse vnũ de pauperibus, ideò solutionem æris alieni ab eo cõtracti in pauperes erogationem cẽsendam esse: ipsumq; beneficiatũ, tanquã suorũ redituũ distributorem posse, ex his quæ supersunt sibi, tãquam pauperem capere: vnde sua debita tanquam debita pauperis soluat. Hęc est solutio D. Martini, suis ferè ver
2 bis relata: quæ falsa omnino est, & reijciendа, nam falsum est: & à sensu communi maximè alienum: vt dicatur, fieri eleemosyna pauperi, si detur ei pecunia, vt suo debitori diuiti soluat: hoc enim est dare diuiti, qui exigere nõ valebat: nam ei datum videtur, cui vtilitas acquiritur, vt in.l. si extraneus. ff. de iure dot. optimus tex. in.l. seruo legato. in. §. si testator. ff. de lega. 1. cũ alijs, quæ allegauimus in nostro libello de redditib. Ecclesiast. in parte. 1. in cap. 1. nu. 16. *nam is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiã aduersarij inanis actio est*, inquit Caius in.l. nã is, ff. de dol. & probatur in cap. olim de resti. spoliato. maximè autem hanc non esse eleemosynam apparebit, si debitum sit iniustè contractum, in qua specie loquitur D. M. N. cũ in isto. XLVI. monito, in nu.
3 4. dicat, posse beneficiatum tanquam pauperem, debita sua, etiam iniustè contracta ex redditibus sui beneficij, si alia bona patrimonialia nõ habet, soluere: quod etiam repetit in. 2. q. in num. 1. in fi. Præterea text. non distinguit inter credita ex causa lucratiua, vel onerosa: ergo si ex donationis causa. 100. promisit Titio clericus, qui Titius diues erat, secundùm D. Martinum, Titius non existens pauper, non potest recipere à dicto clerico, cũ bona conscientia, ista centum: imò tenetur ad restitutionem, secundùm eundem D. Nauarrum, in dicto libro de redditib. Ecclesiast. in. q. 2. in primo corollario: multo igitur minus potest exigere, vel accipere, cum videat beneficiatũ de fructibus beneficij necessariò, cum alia bona non possideat, soluere debere: & ita qui
4 ad restitutionem tenetur, si reciperet, multo magis exceptione repelli poterit: vt in.l. inuitus. in. §. cui damus. ff. de regu. iur. & .l. 1. ff. de superficieb. & tamen non facilè dicentur iniustè debita contracta, nisi ex causa lu-

sa lucratiua, vel quasi lucratiua sint: de quibus quasi lucratiuis loquitur tex. & doctores, in.l. apud Celsum. in.§. authoris. ff. de dol. excepti. & ita solutio D. Nauarri non potest esse vera: nec enim possumus dicere sibi sumere illos fructus, sed creditoribus: creditores autē potiores semper sunt pauperes, si creditores sunt ex lege iustitiæ, vt D. M. Nauarrus vult: cum non ad soluēdū debita, sed ad alimenta petant, deniq; hæc nostra opinio contra D. Martinum probatur: quia in sustentatione non venit soluere debita contracta: & in hac specie habemus tex. expressum, qui omnino intelligentiam D. Martini labefactat, in.l. si quis à liberis. in.§. si mater. in fi. ff. de liberis agnos. vbi inquit Vlpianus, *parens quanuis ali à filio ratione naturali debeat: tamen æs alienum non esse cogēdum exsoluere filium rescriptum est*: nam ille qui alere alium, & subire eius onera debet, non tenetur soluere debita: vt ibi probatur iuncto. §. non tantum eiusdem legis facit. l. maritus. ff. solu. matrimo. & in.l. sunt, qui in id. ff. de re iudic. & in.l. inter eos. in.§. sed etsi cum patre: & ita si solùm sibi necessaria clericus assumere posset & dominus non esset, non posset assumere ad debita soluenda, maximè iniustè cōtracta: & ita falsa est interprætatio D. Martini.

Vltimo considerandum est, quòd D.
6 Martinus, velut maxima admiratione dignum refert, & affirmat, Doctorem de Tapia. qui vir doctissimus fuit Salmanticę insignitum duplici doctoratu in iure canonico, & ciuili, in eoque solo hoc visum esse à tempore immemoriali, idq; cōstantissimè affirmat: cum tamen notissimū sit, Doctorem de Leone vtriusque iuris insignia adeptum fuisse: quod an pluribus alijs contingerit, non satis exploratum habeo: neque enim in re tam inutili perquirenda, & quæ parum cognitione sit digna, in vestiganda, curiosus fui.

QVod attinet ad. XLVII. monitum idē dicendum est, quod in præcedenti diximus: ne sæpius eadē repetendo, in idē vitiū, quo maximè D. M. laborat, incidam⁹.

Summarium.

1 *DE intellectu extrauagan. suscepti regiminis.*

2 *Intellect. Zenzelini diuinat, ideò verior est Ioàn. Andreæ intellect. quem probat consuetudo.*

1 IN. XLVIII. monito D. Martinus. N. transfert ea omnia, quæ hic dicit ab illa. 3. q. per eum allegata: & agit de intellectu extrauagātis suscepti regiminis. in qua ipse sequitur interpretationem Zenzelini, quæ
2 non parum diuinationis habet: nos verò Ioā. Andreæ, quæ maximè verbis illius extrauagantis conuenit: quarum vtra verior sit, est inter nos controuersia: sed opinionē Ioan. Andreæ veriorem ego puto: quia & textui magis conuenit, & de consuetudine seruatur: nam cū in Hispania in multis Ecclesijs Cathedralibus sit cōsuetudo, vt fructus dimidij anni pertineāt ad defunctum cum reliquis bonis: illos capiunt, vel hæredes ex testamēto, si testat⁹ fuit clericus, vel venientes ab intestato, siue sint diuites, siue pauperes, vt diximus supra in principio huius tractatus, & ita consuetudo non restringitur, vt ad causas pias id erogetur: sed nulla adhibita distinctiōe, hos redditus hæredibus beneficiati difert, secundùm Io. Andreæ opinionem, contra Zenzelinum.

Summarium.

1 *DOminus Martinus vtitur nostro argumento in alio loco, quod hic reprobat.*

IN. XLIX. monito non placet D. Martino. N. simile seu argumentum, quod nos adduximus. s. si miles stipēdium, quod sibi datur facit suum, etiam si sit abundans, quare non idem in clerico dicemus? quia dicit, militem liberum habere stipendium, clericum verò suam partem oneri subiectā post diuisionē, sicut antea per ea, que ipse dixit supra monito. xxvij. sed latiùs id nos reprobauimus supprà, circa monitū. xlij. et hoc argumento vtitur: text. in cano. Apostolo. 40. & Apostol⁹ inquit, Quis militat suis stipendijs vnquam.

Quod

Quòd verò contemnit argumentum, q̄ fecimus, de beneficio tenui ad pingue: si nobis cōcedit dominiū redditūum tenuis beficij, nedum administrationem ad clericū pertinere: quid argumētum efficiat, forsan intelliget meliùs: item hoc nostro argumēto ipse vtitur monit. lxxxj. pag. 371. versi. 6.

Summarium.

1 *DE cōsuetudine testandi, quoad clericos, attestātur glossæ, & Doctores.*

2 *Ea obseruatur in Franciæ parlamento Regio secundùm Aegidium.*

3 *D. M. N. semper fuit versatus in scholis.*

IN. L. monito D. Martinus. N. dicit, nul libi gentium esse consuetudinem, vt clerici testentur, quod millies repetit, vt infrà in ista sua apologia pagi. 530. & in suo lib. de redditi. Ecclesiast. Et his trib. sequētibus monitis: cum tamen Io. Andræas, & alij dicant, clericos habentes beneficia sine administratione, de redditibus eorum posse disponere in vita, & in morte, de generali con
1 suetudine: dicit enim in glos. in cap. presenti. de offi. ordin. lib. 6. si verò sit clericus nō
„ habēs administrationem, sed personaliter,
„ & in morte cōparatur vsufructuario, quan
„ tum ad faciendum fructus suos, & de ipsis
„ potest testari: & infrà probatur satis ista di-
„ stinctio, supra de testament. re quisisti. §. il-
„ lud. & consuetudo generaliter quasi vbiq; eam approbat. Transcribo verba glo. quia refragantibus omnibus D. Martinus in nullo tribunali, sed in scholis semper versatus, consuetudinem negat: quam post dictam gloss. ibi Domi. referendo. Io. de Lignian. fatetur Cardi. & alij in cap. fi. de pecul. clerico. in. 2. colu. dicūt, hoc multū inualuisse: & Aegidi. de bella mer. in cap. cum venerabilis. de exceptioni. nu. 47. versiculo Secū
2 do, dicit, in parlamēto Regio obseruari dictam consuetudinem: de qua suprà latiùs diximus, & totius Hispaniæ consuetudinē ostēdimus, ibi videri poterit: quare hoc solum referam, quod D. Martinus inquit, q̄d ab infantia studijs literarum dedicatus, quasi eas fugientes sequens, quod, de Pythagora & Platone, Diuus Hieronymus dixerat,
3 peregrinatus fuerit: subdit etiam, & quāuis à quinquaginta annis, aut amplius de iure
„ consulor, nō memini vsquā videre consue
„ tudinem &c. Vt sæpius supra diximus R. D. Martinus. N. est vir eruditione insignis, & semper in scholis versatus, neq; ea quæ ad forum pertinent tractauit aliquādo: sed vt vir religiosus optimè semper in Theologicis versatus est: in quibus omnes sui temporis canonistas excelluit.

¶ *Summarium.*

1 *COnsuetudo vt clerici testentur est nota Pontificibus.*

2 *Scientia officialiū, habetur pro scientia principis.*

3 *Decisio Rotæ probat istam consuetudinem testandi.*

4 *Tolerantia sola excusat à peccato, vel permissio.*

IN. LI. monito. D. M. N. iterū, atque iterum, negando consuetudinem, quam supra probauimus, repræhendit nos, quòd dixerimus, eam notam fuisse sedi Apostolicæ, quod manifestum est, cū multi ex Pontificibus literarum cognitione fuerint clarissimi: qui potuerunt videre glos. Io. Andreæ, & alias doctorum attestationes: & q̄ fortius est, clericis Romanis ius testādi, etiā extra terminos dictæ glossæ concesserunt, vt dictum est: item consuetudo Hispaniæ notissima est Pōtificibus, qui sciunt, nihil per collectores suos de spolijs clericorum, qui non sunt Episcopi, sed tantū de Episcoporū spolijs sibi afferri, & quare nihil inferant eorū, satis intelligūt. s. quia clerici Hispaniæ liberè testantur, & ab intestato eis succeditur: & ita nō potest dici Pontifices ignorasse Hispaniæ cōsuetudinē: maximè
1 quia sui officiales, Nuncij, Legati, & Collectores in Hispaniā missi hoc vident, & horum legitimorū officialium sciētia Principis, qui ab eis scire præsumitur, reputatur, secundum Bar. in.l. si publicanus, in.§. fi. in
2 nu. 1. ff. de publica. & vectigal. Nam vt inquit Vlpianus, *Scientiam eam obseruandam*

Pomponius

Pōponius ait, quā quis per se, vel per alios adsequi potuit. in. l. 2. ff. quis ordo in bono. poss. seruetur. Facit textus. in. l. de pupillo. in. §. nuntiationem. in fi. ff. de noui operis nuntiatione facit tex. in. l. *Municipes intelliguntur scire, quod sciant hi, quibus summa reipublicæ commissa est.* ff. ad municipal. & est in argument. tex. in. l. vsu retinetur. ff. quemadmodū serui amittant. Et ita cōsuetudinum harum Pontifices non fuerunt ignari.

Nec obstat, quod D. Martinus dicat, suā opinionem, (scilicet non esse notam Papę, si qua esset, dictam consuetudinem) cōprobari ex eo: quia decisiones Rotæ. 1. de solutio. in antiq. & 41. de proba. id satis significant: quia dicunt beneficiati mortui ab intestato bona intuitu Ecclesiæ quæsita, ad
3 Ecclesiā, & non ad hæredes pertinere: quia dico decisione Rotæ, quæ facit ad propositum illa. s. de probatio. probari opinionem meam: nā sequitur distinctionē Hostiens. loquendo enim de beneficiato, qui non habet administrationem, dicit, quòd omnis illos fructus, & prouentus perceptos in vita adeò facit suos, quòd potest testari de illis. Hæc sunt verba decisionis: & quod subiūgit dicta decisio, in quo facit vim D. Martinus. s. & nisi testetur de illis, ab intestato succedit Ecclesia: hoc licet D. Martinus nō vidit, facit pro opinione nostra, quia est secundùm consuetudinem, quā testatur Io. Andræas. s. quòd testentur clerici, non habentes administrationem, sed ab intestato eisdem morientibus non succedāt consanguinei: ea enim consuetudo succedendi ab intestato non est in Italia, licet sit in Hispania: & ita in sacro auditorio Rotę nota erat illa consuetudo, de qua loquitur Io. Andr. & sic omnia, quę D. Martinus allegat, faciūt contra ipsum, cum ex eis constet de appro
4 batione dictæ consuetudinis: quinimò etsi non esset tanta approbatio, sed sola permissio, illa excusaret à peccato: sicut de libello repudij in lege veteri, dicit Chrisosto. à pec
" cato abstulit culpam legislator, quādo per
" missit repudiū. Qui etiam dicit, quòd sicut Apostoli permisserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudij, ita Diuus Chrysostom. in homel. 21. ex varijs Matth. locis in inuētione S. Crucis, de quo per S. Tho. in additio. ad tertiam partem. quæst. 67. artic. 3.

Summarium.

1 *IN Clericis Ecclesia nō dissimulat peccata.*
2 *Id apparet in vsuris, & concubinatu.*
3 *Intellect. cap. cum iam dudum. de præbend. quem non intellexit D. Martinus. N.*
4 *Clerici per canones Apostolicos propter fornicationem deponebantur.*
5 *D. Martinus malè intelligit regulā de triennali.*
6 *Non est verum Ecclesiam iniustas res iudicatas tueri.*
7 *Nec etiam iniustos possessores defendere.*
8 *Non potest dici consuetudo corruptela, quādo in iudicijs, & tribunalibus sedis Apostolicæ de ea passim ius redditur.*

IN. LII. monito D. M. N, magnopere nos reprehendit, quòd constituerimus differentiā inter laicos, & clericos, & quòd dixerimus, in personis Ecclesiasticis (licet in laicis sæpe dissimulet) nunquam Ecclesiam dissimulare peccata, idque constantissimè affirmauimus: & nunc affirmamus: quia nihil. D. Martinus adducit, quòd nos
1 ab opinione nostra debeat diuellere: nam vsuras laicis dissimulatione esse permissas, lōgo tempore intelligimus: vt ex titulo. C.
2 de vsuris, potest compræhendi: nunquam tamen hoc in clericis dissimulatum fuisse dicemus: concubinatus etiam fuit in laicis impunitus: vt ex titu. de cōcubinis. C. &. ff. apparet: at, clericis semper prohibitus fuit, ob idq; pœna illis imposita: vt. c. si autē clerici, de vita, & honesta. clerico. & per omnes tex. illius tituli: & quod D. Martinus dicit, nostram opinionem refelli per cap. cum iā dudum. de præbēd. vbi ponitur illa vulgatissima regula, *Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia, non debeant tolerari*, pace eiusdem,
3 nihil facit. Loquitur enim ille text. de casu particulari Titij, vel Sempronij, vt ex serie capituli

capituli apparet: nos verò loquimur in vniuersum, loquendo de nostra consuetudine vniuersali totius Hispaniæ, quam asseruimus existere, & de illa, quam in Italia, & Francia Doctores asserunt stare: & ita iterū affirmamus, nullo vnquam tempore Ecclesiam tollerasse, vt clerici concubinas haberent, aut vt illis ad alias meretrices impudēter accedere, aut fœneratores esse liceret: ita vt neq; de vsuris, neq; de fornicatione, vel cōcubinatu, clerici possent accusari, vt in laicis contrā obseruatum est: deponeba-
4 rur enim præsbiter propter fornicationē, ex canone Apostolorū. 24. vt dicemus infra circa monitū. lxvij. quod licet mutatū fuerit quoad pœnam, non tamen sine pœna remansit vnquam, neq; impunitum: an autem possit dici, quòd clericus cōmittat simplicem fornicationem, vel potius sacrilegium, vel incestum examinauimus in nostris Select. interpretatio. in lib. 1. cap. 5. in nu. 9. vbi omnino videatur. Non autem dicò de omnibus clericis suppliciū fuisse sumptum, & cum nullo dissimulatum: nā non loquimur in his speciebus, de quibus loquitur text. in cap. cum iam dudum, sed de ea dissimulatione agimus, quæ impunibile factum, vt sic dicam, in vniuersum efficit: at, cōsuetudo nostra ita tolerata est in vniuersum, vt hac ratione non solum dissimulatū fuerit, sed ius publicè redditum: ergo ex regula nostra, non est talis hic actus testandi liberè de fructibus Ecclesiasticis, vt cōsuetudine legitimè induci nō possit: alioquin Ecclesia non dissimulasset, vel potius ius ex dicta testandi consuetudine non reddidisset, sicut singulis diebus reddit: & hoc fundamentum est ita solidum, vt nulla possit calumnia labefactari, licet vim nostri argumenti D. Martinus non intellexerit.
5 Alia autem quæ D. Martinus opponit, leuiora sunt, neque aliqua confutatione indigent, nam quod dicit de regula de triennali, per eam defendi iniustos possessores triennales falsum profectò est: cum possint ordinarij, imò debeant eos abijcere, si legitimum titulum suæ possessionis non ostendant: vt est vulgatum: vt per Felin. post alios in capit. licet Heli. numer. 11. de simoni. Sarnens. super eadem regula. quæstione. 58.

6 Et quod res iudicatas iniustè ab Ecclesia defendi, dicit, nihil est: quia cum pro veritate habeantur, non potest constare Ecclesiæ iniustas esse, vt in. l. res iudicata. ff. de regul. iur. Nam si verè constaret, retractarentur, neque eas Ecclesia defenderet, vt in l. Diuus Adrianus. ff. de re iudicat. & in. l. 1, in fi. ff. de quæstio. in. §. si quis vltro. vsq; ad finem. facit text. in. l. Diui fratres. ff. de pœni.

7 De spoliatis autem, quos Ecclesia restituit, etiam si iniustè, possideant: id efficit Ecclesia, quia in illo iudicio momentario non de iniustitia possessionis cognoscitur, quæ ex multis posset iustificari: sed id in petitorij iudicio videndum est, quod possessorium absoruet: vt in cap. cum dilectus, de causa. poss. & ordinarij post restitutionem factam, ex officio, iniustum reijcient possessorem, vt quoad regulas de triennali dictum est: non est ergo verum Ecclesiam cum iniustis possessoribus dissimulare, sed an sint iniusti, vel non, ad iudicium petitorij remittit, propter spoliantis delictum.

8 IN. LIII. monito D. Martinus. N. de eadem re, & consuetudine agit: dicendo, non esse consuetudinem, sed corruptelam: nos verò, cum Ecclesia in suis iudicijs eam admittat, & secundùm illius terminos ius reddat, vt in præcedenti diximus, non possumus ei hoc nomen imponere: cum passim, vt diximus, clerici liberè testentur, & quidem sine reprehensione, quod, secundùm Quintilianum, veram efficit consuetudinem.

Summar ium.

1 *DOminus Martinus Nauarrus dicit duo, in quorum primo nobis imponit: secundùm verò facit pro nobis.*

2 *Verba referuntur ad literam, vt ostendatur falsum esse, quod D. Martinus dicit.*

3 *Commendatores, si non sunt personæ Ecclesiasticæ, nõ sunt de quatuor personis, inter quas bona Ecclesiastica debent distribui.*

4 *Si Papa potuit ab omnibus istis quatuor personis eximere bona Ecclesiastica, ergo per erectionem beneficiorum à tribus.*

5 *Si Papa potest, ergo & consuetudo antiquissima, imò minoris temporis, cum scientia ipsius.*

IN. LIIII. monito, D. Martinus. N. refert octo, quę nos falsé dixisse existimat: quorum quodlibet in suo monito repræhendit: sed ne eadem, vt ipse, sæpius repetamus, primum tantum nũc referemus, & defendemus: dicit enim dixisse nos in ea eum sententia esse, vt existimaret, redditus Ecclesiasticos non posse dari alijs, quam personis Ecclesiasticis, quod tamen dicit esse falsum: quia nec sua, neque communis opinio hoc habet, cum semper doceat, danda pauperibus, tam laicis, quã clericis, tã fœminis quam masculis: tunc etiã, quia nunquã sententia communis negat, posse per sedem Apostolicam concedi personis laicis iusta de causa, titulo Feudi, vel Emphiteusis, & etiam venditionis, &c. Hæc sunt quæ D. Martinus quoad primum opponit: in quo
1 notãdum est, quod D. Martinus dicit duo, quorum primùm nobis imponit, secundũ facit pro nobis, quod nobis imponat, obsignatis tabellis agamus, (nam iterum ea scri
2 bere. D. Martinus sæpe nos compellit inui
„ tos) verba nostra ita se habẽt. Duodecimũ
„ & fortissimũ argumentũ cõtra istã opinio-
„ nẽ Archidiaconi, & pro opinione S. Tho-
„ mæ colligitur etiã ab absurdo: si enim assi-
„ gnatione facta portionis suæ, clericus non
„ esset securus, sed lege iustitiæ teneretur re-
„ stituere: quod natura horum bonorũ ex le
„ ge iustitiæ ea sit, vt solũ in pios vsus, & pau
„ peres, & necessariam sustentationem cleri-
„ corũ debeant dispẽsari: etsi vt inquit R. D.
„ Petrus de Soto supra allegat° in. lib. de insti
„ tutio. Sacerdo. in. 2. parte de vita sacerdot.
„ lectio. 3. de bo. Ecclesia: & eorũ vsu. nulla ratione, aut potestate humana fieri po- „
„ test, vt licitè in alios vsus, quàm Ecclesiasti „
„ cos, & pauperum expendi possint: quod „
„ de iure diuino id sit, necessariò sequitur, vt „
„ quicquid extra istum vsum reperitur, lege „
„ iustitiæ condemnetur. Hæc diximus in li- „
„ bello nostro de redditibus Ecclesiast. in. 4. „
„ parte in cap. 1. sub nume. 13. versic. duodeci „
„ mum argumentum: quæ quantum conso- „
„ nent his, quæ nobis D. Martinus imponit, „
„ quilibet qui legere sciat poterit iudicare: „
„ quòd si velit à nobis id D. Martinus euin- „
„ cere, ex eo quod in eodem nume. 13. in prin „
„ cipio, versiculo vndecimo, dixerimus ex „
„ opinione Archidiaconi sequi absurdum „
„ maximum, quòd bona Ecclesiastica militi „
„ bus S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ in- „
„ iustè, & illicitè essent applicata: quia mili- „
„ tes prædicti non sunt Ecclesiasticæ perso-
3 næ: malè collegit D. Martinus: quia ideò
„ hoc diximus, quia probato hoc, quòd non „
„ erant Ecclesiasticæ personæ, vt probaui, „
„ cætera satis de se erant nota. scilicet, quod „
„ nõ essent fabrica Ecclesiæ, neq; pauperes: „
„ ergo extra vsus destinatos per canones es- „
„ sent dicta bona apud milites, imò in hoc „
„ ipso articulo expressẽ dixi sub his verbis. „
„ Euincitur necessario horum bonorum nõ „
„ ita immutabilem esse naturã, vt si quid eo- „
„ rum extra prædictos vsus pauperũ, & cle- „
„ ricorum, & aliorum piorum locorum con „
„ feratur, statim leges iustitiæ violẽtur in ho- „
„ rum bonorum dispensatione: & post pau- „
„ ca subiunxi. Nam sentiũt ex eo ipso quod „
„ extra casum necessarij victus, & vestitus, „
„ clericorum, & pauperum, & piorum loco „
„ rum dicta bona reperiantur, quibus iure di „
„ uino sunt destinata, statim lege iustitię sub „
„ mitti, & peccati, & restitutionis reos pos- „
„ sessores fieri. Cum ergo pauperes semper „
„ adiecerint cũ clericis, nescio vnde D. Marti
„ nus potuit cõtra verba nostra id colligere.

Quod verò secundo loco D. Martinus N. ait, nunquam sententiam cõmunem negare, iusta de causa posse per sedem Apostolicam bona Ecclesiastica concedi laicis, pro nobis facit, quia si hoc potest iusta de causa facere

sa facere cum laicis, vt bona illa extra vsus pauperum, clericorum, fabricæ, & Episco-
pi sint: quare efficere non potuit per sepa-
4 rationem portionis clerici, & erectionem
beneficiorum, vt etiam ea bona sint libera ab alijs tribus personis apud clericos, sicut apud laicos effecit, vt sint libera ab omnibus quatuor personis? quod magis est contra bonorum naturam, vt ad sensum patet: quod si Papa potuit facere, iam per erectio
nẽ, & separationẽ effecit, vt supra probatũ
5 est: itẽ si Papa hoc potest facere, potest &
immemorialis cõsuetudo, & breuioris etiã temporis cum scientia ipsius Pepæ iusta autem causa præsumitur, & est, cum per hospitalium erectiones, & per legem charitatis videamus pauperibus esse cõsultum, vel si quæ fuerunt aliæ, non enim sine causa factũ est, vt erectio beneficiorũ, & separatio partis cuiuslibet clerici fieret ab Ecclesia.

Nec alicuius momenti est, quod D. Doctor Martinus. N. in monito. xlj. primæ quæstionis in. nu. 5. pag. 197. circa finem dictis diuisionibus vitium imponat, quod nõ interuenerit authoritas Apostolica, & forsan idem dicet de erectione beneficiorum: quia cum sedes Apostolica in collatione beneficiorum ea erectione vtatur, & in iudicijs, & tribunalibus sedis apostolicæ obseruentur, satis superque authotitate sedis Apostolicæ facta dicentur, quia rata hæc millies habuisse videtur: licet D. Martinus leuibus fundamentis, cum deficiant solida vtatur: nam hanc consuetudinem sciente Papa, obseruari, iam supra ostendimus circa monitum. lj.

Summarium.

1 *NVllus author dicit, Commendatores esse personas Ecclesiasticas.*

2 *Tex. quem D. Martinus allegat pro se, probat opinionem nostram.*

3 *Commendatores non habent chorum, nec Ecclesiam particularem.*

4 *Clerici regulares S. Iacobi, & canonici regulares, non appellantur Commẽdatores, contra D. Martinum.*

5 *Commendatores neque gaudent beneficio canonis, neque fori.*

IN. LV. monito D. Martinus. N. nos repræhendit, quòd diximus Commendatores S. Iacobi, & Calatrauæ, & Alcantaræ non esse personas Ecclesiasticas: quia dicit nullũ Catholicum, quem ipse legerit, hoc dixisse. Secundo, quia omnes personæ, aut sunt laicæ, aut Ecclesiasticæ: sed hi nõ sunt laici, ergo Ecclesiastici. His argumentis fa-
1 cilè respondetur, sicut omnibus quæ addu
cit D. Martinus: ad primum enim dicimus, quod nullus catholicus vnquã dixit, quòd Commendatores sint personæ Ecclesiasticæ, Quoad secundum verò argumẽtum dicimus, quòd cum non sint personæ Ecclesiasticæ, sunt laici, & apparet, quia Ecclesiasticæ dicũtur ex eo, quod ecclesiæ ministerio sunt deputatæ, sed Cõmendatores, nõ sunt Ecclesiæ alicui, neq; eius ministerio deputati, ergo non sunt personæ Ecclesiasti-
2 cæ: & text. quem pro se D. Martinus alle-
gat, probat opinionem nostram in cap. duo sunt genera. 12. quæst. 1. *duo sunt genera* inquit, Hieronym. *Christianorũ: est autẽ vnum genus, quod mancipatũ diuino officio, & deditum contẽplationi, & orationi: ab omni strepitu temporalium, cessare conuenit, vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi, κλῆρος. enim Græcè, latine sors,* & infrà *Rasio verò capitis est temporalium omnium depositio.* & infrà, *Aliud verò genus est Christianorum, vt sunt laici, λαὸς enim Græcè, est populus latinè,* & infrà *His concessum est vxorem ducere. &c.* Ecce text. qui ponit discrimen inter Ecclesiasticas, & laicas personas: sed patet Commendatoribus non cõuenire, quæ de Ecclesiasticis ibi dicuntur: non enim portant coronam, non radunt caput, non tenentur cessare ab strepitu temporalium, non sunt mancipati orationi, & contemplationi: conuenit verò eis, quod de laicis dicitur, ducunt enim vxorem, & ita textus ille clarè probat contra D. Martinum: nam quod D. Martinus dicit, Com
mendatores esse professos ad diuina offi-
3 cia dicenda, vel facienda in choro, hoc

falsum est:quia nec habent chorum,neque Ecclesiam,sed Parrochiam sub qua degũt, sicut alij laici:nam illos,qui habent monasterium,& sunt clerici,& regulares,nemo
4 vnquam appellauit cómendatores,sed freiles vulgariter appellantur:nam Commendatores,milites appellãtur,nec illos freiles clericos ordinis S.Iacobi,Calatrauæ,& Alcantaræ aliquis vnquam Commẽdatores appellauit:neque his cõmendæ conferuntur,sed beneficia regularia sui ordinis, quia sunt regulares, et viuunt in cõmuni:quod nihil facit ad rem de qua loquimur: licet D.Martinus vocans se Cõmẽdatorem, seu militia insignitum ordinis Roncæ vallis in vj.monito.j. quæstione.nu.2.Hæc confundere velit:nã & in monito .lxxix in. nu.5. pag.365.vocat Cõmẽdatores Rõcæ vallis, & S.Isidori Legionẽsis:cum tamen illos S. Isidori nunquã aliquis alius vocauit Commendatores: sunt enim canonici regulares, quibus oẽs monachi præferuntur: vt not. doct.in cap.quod Dei timorẽ. de statu regula. & eodem modo illi è Roncæ vallis sunt canonici regulares.

5 Quod verò D. Martinus dicit, Cõmendatores gaudere priuillegio fori,manifestè falsum est:& nunquam auditũ,neq; visum, vt apud iudices Ecclesiasticos conueniatur eorum aliquis:nã conueniũtur coram secularibus ordinarijs cuiuslibet ciuitatis Hispaniæ,vbi cõmorantur:& quod dicit, eos capaces beneficiorum falsum est:quia non sunt magis capaces quàm cæteri laici, qui clericali charactere non sunt insigniti, vel sunt coniugati:si commendas,beneficia Ecclesiastica appellat,vt vult significare,errat,quia nõ sunt beneficia Ecclesiastica,nec enim sub inuocatione alicuius sancti, nec in aliqua Ecclesia,vt beneficia Ecclesiastica sunt erecta:& hæc omnia notoria sunt: & ego domestico exemplo hæc testificari possum,cum pater, & frater Cõmendas S. Iacobi,&Calatrauæ possederint: pater eẽ meus prius ordinis S.Iacobi,postea cõmendam de Calatraua obtinuit, frater autem nunc ordinis de Calatraua cõmendã villæ de Almalgro posidet: sed hæc adeò sunt nota,vt nullus vnquã dubitauerit, cõmendatores esse seculares,& nõ personas Ecclesiasticas:quod verò inquit, Commendatores gaudere priuilegio canonis in sequenti monito reprobabimus.

Summarium.

1 *Sanctus Thom.& Panor.contra D.Martinum probant opinionem nostram,quòd Cõmendatores non sint religiosæ personæ*

2 *Qui habet vxorem non est dominus sui corporis,& infra.nu.4,*

3 *Commendatores non emittunt votum castitatis simpliciter.*

4 *Cõmẽdatores nõ gaudent priuilegio canonis.*

5 *D.Martinus oẽs opiniones suas vocat cões.*

IN. LVI.monito D.Martinus.N.me reprehendit,quòd ego loquẽdo verbis S.
1 homæ eũ referẽdo dixerim,Cõmendatores non esse simpliciter religiosos: nã dicit
1 S.tho.Illi modi viuendi. secundũ quos homines matrimonio vtuntur,non sunt simpliciter,& absolutè loquẽdo religiones: & ita me repræhendendo,reprehẽdit S.Thomatis leuibus fundamentis:nã asserit,Panor. cõmuniter approbatum in rubri.de regulari. dicere, ꝙ omẽes personæ verè regulares, sunt propriè religiosi: sed ego dico, ꝙ licet Panormi.Hoc diceret,& verũ esset,nõ obstaret,quia regulares verè sunt, qui emittũt tria vota substãtialia,inter quæ est castitas:ita vt non possint vti matrimonio, sed Panormi.non dicit hoc,sed idem quod S. Thomas,nam in dicta rubri.nu.1. dicit,Illi propriè dicũtur habere regulã,qui profitẽtur tria substantialia &c, & statim subdit. Alij verò licet aliqua promittãt, non dicũtur habere regulã,sed potius quendam modum viuẽdi,licet ille modus sit aprobatus à Papa:& in col,penult,in fi.vult,ꝙ illi qui possunt contrahere matrimoniũ, neq;propriè neq;impropriè sunt religiosi,illi vero qui nõ possunt matrimoniũ cõtrahere, vt sũt hospitalarij Hierosolimitani impropriè sunt religiosi:& ita vult Abb.ꝙ Cõmẽdatores S.Ioãnis impropriè sũt religiosi:quia per ingressum religionis eorum non dissoluitur matrimonium non consumatum, vt per Dominic.de Soto,in. 4. distinctio. 27. q.1.articul.4.illi verò de quibus loquimur S. Iacobi,& Calatrauæ,& Alcantaræ, nec propriè nec impropriè dicantur religiosi, quia matrimonio vtuntur:nam vt statim
2 dicemus,nõ sunt liberi,vt religioni seruiãt: nam vxores eorum corporis eorũdem dominæ sunt,& sicut serui,ita coniugati religiosi esse non possunt,neq; clerici,vt cap. 1.&.2.de seru.non ordinand.

Neque his obstant illa, quæ contra S. Thomam.de dispensatione summi Pontificis cum monacho,vt.contrahat matrimonium,ita vt remaneat monachus, adducit D.Martinus,cum hi nostri cõmendatores non emittant simplex votum castitatis,& ita hodie eorum professio est cõstituta,vt nihil de dispensatione agendũ sit:& vt arg. D.Martini aliquid faceret, debebat ostendere,quòd si Põtifex faceret,vt omnes monachi S. Dominici,non emitterent votum castitatis,nisi vt isti nostri commẽdatores: quod tũc ille ordo remaneret religio,quod nunquam ipse ostendit,neq; ostendere poterit:& argumentatur de particulari dispẽsatione illius,qui votum simplex castitatis emisit,ad eos qui nõ illud emittunt,vt sunt illi S.Iacobi,& illi de Calatraua,& Alcãtara,postquàm eorum regula ita per sedem Apostolicam fuit constituta,vt votum simplex castitatis minimè emitterent: in quo est fallacia manifesta,& vt clariùs rem ostẽdamus,subijciamus formam ipsam professionis,quam dicti Cõmendatores emittũt: Commendatores itaque S. Iacobi, ita profitentur.

Yo.N.me offrezco, y do à Dios, y à sancta Maria.y al bienauenturado Apostol señor Sanctiago:y prometo obediencia à N.Maestro administrador perpetuo, que es de la orden de la caualleria de Sanctiago,por authoridad Apostolica,y à sus successores Maestres,o Administradores de la dicha orden, que por tiempo fueren canonicamente entrantes:y hago voto,y prometo de viuir en castidad coniugal,y sin proprio,segun la regla,Priuilegios,y establescimiẽtos dela dicha orden,hasta la muerte.

¶ Forma professionis Cõmendatorũ de Calatraua.

Yo fulano hago profession à Dios y à vos (si fuere el Maestre) y si otro en su lugar *à vos que estays en su nombre vos prometo obediencia, y conuertimiento de mis costumbres de bien en mejor por todos los dias de mi vida,hasta la muerte.* Y el Maestre responde. *Amen.* Y le besa en la faz.

¶ Forma professionis Cõmendatorum de Alcantara.

Yo frey.N. Cauallero dela orden de Alcãtara hago profession à Dios, y al señor Maestre,y à vos que estays en su nõbre:y os prometo obediencia, castidad, cõiugal, y cõuertimiento de mis costumbres de biẽ en mejor,por todos los dias de mi vida, hasta la muerte,segun la regla de Sant Benito, y manera de viuir concedida à esta orden de Alcantara.

Ex his falsum esse apparet,ꝙ ipse D.Martinus.N.dicit Commẽdatores emittere tria vota substantialia religionis:quia illi de Al
3 cantara,& illi de Calatraua neque paupertatem profitentur,sed solam obedientiam: illi verò S.Iacobi licet proprium dicant nõ habituros:non tamen simpliciter,sed secũdum regulam,& priuilegia,& statuta, tàm verò hi,quàm isti in voto castitatem coniugalem promittunt,non castitatem simpliciter:imò est votũ contrarium castitatis voto:nam ex tenore professionis possunt ducere vxores, vel ductas retinere: licet D. Martinus dicat expressè contrarium, cum tamen facti veritas appareat.

Hæc omnia efficiunt,vt Commendatores,non sint personæ Ecclesiasticæ per supradicta: ad quod facit,quod Cardin.in. 2. colum.in Clement.cum ex eo. de sentẽtia excõmu.vt ostẽdat,nõ esse personas Ecclesiasticas,neq; religiosos illos,qui sunt Tertij ordinis S.Francisci,licet vt glõs.ibi probat,sit eorum regula approbata à sede Apostolica inquit:quia possunt habere vxores, & idem Petrus de Ancharrano, qui addit, non esse dominos sui corporis, sed vxores illorũ

illorum:ideò neque gaudere priuilegio ca-
4 nonis,nec alio Ecclesiasticarũ personarũ:
&Felin.in cap.non dubium.in fin. de sen-
tent.excõmunicatio.dicit,quòd vt aliquis
gaudeat canone, debet perpetuo in clau-
stro permanere:ex quo certũ est, nostros
Commendatores non gaudere dicto Ca-
none cõtra D.doctorem Martinum in mo
nito præcedenti,quatenus verò D. Marti-
nus,in versi.7.de mulieribus prædictorum
ordinum dicit:quod tam viri,quam mulie
res eodem modo profitentur,falsum est in
facto,quia fœminę emittunt tria vota sub
stantialia,& sic votum simplex castitatis:
ideò matrimoniũ contrahere nõ possunt,
viri autem Commendatores possunt cõtra
here,vt dictum est.

Circa alia verò de quibus repræhendit
R.Dominicũ de Soto:quia hic solũ defen-
sionem nostram assummimus, omittenda
censeo: adijciam tamen,quod eum repræ-
hẽdit,dicẽdo,ob rationes tam fragiles non
debuisse,eam viam reliquisse Regiã,& con
tra omniũ sentẽtiam nouam cudere:quasi
5 velit D.Martinus.N.suam opinionem esse
cõmunem:cum tamen nullus Catholicus
(vt verbis eius vtar)reperiatur, qui suã opi
nionem teneat:imò omnia eius fundamen
ta in facto,& in iure sunt falsa,vt supra à no
bis ostensum est.

Item quod D.Domini.de Soto dicit dif
ficile esse dictos Cõmendatores seruare ca-
stitatem, seu humano more loquendo, im
possibile,cum viuant lautè,& splẽdidè, &
cum mulieribus habeant iuge cõmercium,
non videtur repræhendendum,cum vt di-
cit D.Chrysosto. lib. 6. de sacerdotio. *ali-
mẽta intemperantiæ sunt delitiæ atque assiduus
mulierum congressus*. & Diuus Bernardus
in libro de cõuersio.ad clericos, in cap.30.
*Quid ni periclitetur castitas in delitijs, humili-
tas in diuitijs, pietas in negotijs, veritas in multi
loquio, charitas in hoc seculo nequam*,& idem
Bernardꝰ in sermo.ad milites tẽpli.cap.4.
ponit lõgè aliam dictorum verè militum
conuersationem,& vitæ institutũ:ideo for
san melius esset,vt dicit D.Domi. de Soto,
vt votũ castitatis, nullo modo emitterent.

Summarium.

1 *Officium,quod tendit ad irregularitatẽ,
opponitur religioni.*
2 *Bigamia maximè religioni repugnat.*

IN.LVII. monito D.Martinꝰ nos ideò
carpit,quòd instituto Ecclesiastico repu
gnare bigamiã,& irregularitatem diximꝰ:
ait enim falsum hoc esse ex monialibus, &
monachis apparere,qui possunt esse biga-
mi,& irregulares:sed ipse non satis vim no
stræ rationis percepit: quòd nos breuitati
consulentes,non lõgius eã explicauimus,
nam dicimus, institutionem harum mili-
tiarum ad irregularitatem tendere, ad mili
tandum enim vbi irregularitas cõtrahitur,
1 sunt institutæ:hoc autẽ repugnat instituto
personarum Ecclesiasticarum,in quibus le
nitas,& humilitas requiritur:ergo nõ sunt
religiones,cum religiones institutæ sint ad
orandum pro amicis,& inimicis,at, hæ mi
litiæ,ad propugnandos inimicos,inuentę.
Et quod de bigamia diximus contrariũ esse
2 religioni:vt post emissam professionẽ bis,
& ter,& pluries possint matrimoniũ cõtra
here,religiones enim continentiã exigũt:at
vt D.Clemẽs inquit lib.3:Apost.institu. in
cap.2.trigamia, incontinẽtiæ est argumen-
tum:id quod supra trigamiam fit, manife-
sta fornicatio iudicatur,& non dubia intẽ-
perantia:sed hęc non temerè sunt accipien
da,ideò videnda sunt, quæ nos in hac vlti-
ma editione nostri libelli de redditibus Ec-
clesiast. dicimus in part.3. in cap. 2. in nu.
7.quia hoc dictum Diui Clementis ex diuo
Hieronymo debet interpretationem reci-
pere:adeò autem bigamia odio habetur in
personis Ecclesiasticis, vt dubitet Archi-
diaco.& Cardi.Turrecremata,in cap.quis.
84.dist.nu.2. vtrùm monachus bigamus
gaudeat priuilegio.cap.si quis suadente.

Summarium.

1 *Si clericis bona Ecclesiastica liberè nõ po
tuerunt applicari:multo minus dari com
mẽdatoribus si esset opinio Archidiaconi vera.*

In

IN.LVIII.monito D.Martinus.N. re-
præhendit nos,quòd dixerimus ex opi-
nione Archidiaconi sequi,si per erectionẽ,
& separationem beneficiorum à sede Apo
1 stolica factam,vel approbatam non essent
partes clericorum liberæ à lege iustitiæ:ea-
dem ratione bona Ecclesiastica essent iniu-
stè applicata Cõmendatoribus:quia si illa
applicatio non potuit fieri clericis, multo
minus Cõmendatoribus:hanc tamen con-
sequentiam & optimã, & necessariam esse
existimo:& ne toties eadem repetãtur,pos
sunt videri quæ diximus supra circa mo-
nit.liiij. quia Commendatores non sunt de
illis personis,inter quas sunt dicta bona ne
cessariò secũdùm opinionem Archidiaco-
ni distribuenda,vt ibi diximus,& latiùs in
illo nostro libello,vbi videre licet.

IN.LIX.&.LX.monitis D. Martinus.N.
eadem vt solet repetit: ideò quod ad ea
pertinet,idẽ quod in præcedenti dicimus.

Summarium.

1 *Dominus Martinus. N. sæpissimè nobis
imponit cõtra id,quod expressè diximꝰ.*

IN.LXI.monito D.Martinus.N.nos di-
1 xisse arguit,Commendatores expenden
tes malè redditus,qui sibi supersunt in vsus
profanos,& in alijs rebus insumẽtes,quàm
quæ sibi à sua regula,& superiore præcipiũ
tur,& vt in summario dicit vanè,& profa-
nè, nõ peccare:sed nos non diximus hoc in
toto nostro libello,sed cõtrariũ, vt ostẽde
mus statim infrà monit.sequent. cũ expres
sẽ dixerimus,dum tamen statuta in regula
sua obseruent:à regula autem vel statutis,
vel à suo superiore eis imponuntur nõ mul
ta,neq; magni ponderis,quale illud est, vt
quilibet Cõmendator, qui possidet com-
mendam soluat certas lanceas,quas vocãt:
quod est onus cuilibet commendæ, pro
quantitate fructuum impositum.

Summarium.

1 *Commendatores nõ emittũt votum pau-
pertatis.*
2 *Clericis secularibus non malè comparantur
Commendatores,nisi quoad ea,quæ in sua
regula specialiter eis præcipiuntur.*
3 *D.Martinus.N.non vere refert: quæ nos di-
ximus.*

IN.LXII.monito D.Martinus.N.nos re
prehẽdit,ꝙ æquiparamus Cõmendato
1 res clericis secularibꝰ:quia dicit hos emit-
tere votum paupertatis,nõ autem clericos
seculares,& alia quæ opponit contra nos.
Sed nos respondemus: primo falsum esse,
Cõmendatores ordinis Calatrauæ.& Alcã
taræ aliquod votum paupertatis emittere,
illos autem S.Iacobi non emittunt votum
paupertatis simpliciter,sed restrictũ ad pri
uilegia,& statuta,vt ex forma professionis
suprà posita apparet.Secũdo dicimus, ꝙ si
suæ opinionis est memor,ex doctri. Cardi
nalis,quam millies refert:sicut clerici secu
lares possunt de redditibus suorum benefi
ciorũ disponere,ita regulares, & monachi
de fructibus suorũ regulariũ beneficiorũ:
ergo secundùm suã doctrinam nõ est mala
cõparatio nostra: sed quia id reprobamus
supra,circa.II.monitũ: ideò dicimus bonã
esse nostrã cõparationem cũ additione,
2 quã posuimus:quam D.Martinus.N.omit
tit,quæ continet,dum tamen de his,specia-
liter statuta obseruant:quicquid D.Marti-
3 nus dicat in monito præcedenti, dicta à no
bis non rectè referendo:nam & in.4.parte
nostri libelli in.c.3.colu.penul.nu.5.ita di-
ximus.Et ita Cõmendatores,quos vocant,
nisi suo speciali voto,vel statutis sui ordi- ”
nis fuerint astricti,communi iure bonis Ec ”
clesiasticis suarum Commendarum vten- ”
tur. Obseruatis igitur statutis, vt soluant ”
suas lanceas,& facto inuentario secundùm
suas constitutiones, & si quid præterea eis
præcipitur:fructus suarum cõmendarum à
lege iustitiæ,licet non à lege misericordiæ
sunt liberi:& filijs suis, quos legitimè ha-
bere possunt,de his fructibus prouidere, &
dotes filiabus constituere legitimè pote-
runt,& qui liberis eorum adimere velit pa
rentum bona,& Ecclesiæ dare,alium quę-
rat pro consilio, quàm Augustinum:nam
& passim hucusque testabantur, donec
sanctissimus D. N. Pius. V. hoc eis inter-

dixit, in fine autem satis modestiæ metas transgreditur, suiq; ipsius obliuiscitur.

IN. LXIII. monito D.M.N. monet dictos cõmendatores, & eorũ confessores, vt suam opinionem sequantur: ego vero Consulo Commendatoribus non solum, vt seruent eã, imò vt omnia largiantur pauperibus, confessoribus autem nẽ eis maius, & grauius onus imponãt, quam possint ferre, & à iure ex eorum professiõe, & statutis illis impositum est.

¶ Summarium.

1 *D. Martini argumenta, & rationes faciunt pro nobis.*

IN. LXIIII. monito, D. M. N. reprędit nos, ob id, quod diximus, si natura bonorum Ecclesiasticorum iure diuino ita esset immutabilis, vt in illis quatuor personis deberent expendi, ex mente Archidiaconi, & Petri de Soto: laicos nõ posse possidere decimas ante concilium Lateran. eis concessas: ac subijcit minimè id sequi: quia non negant doctores, posse Ecclesiam concedere laicis ex iusta causa bona Ecclesiasti
1 ca: quod, vt dixim⁹, facit pro nobis: si enim potest laicis, multo magis potuit clericis separare portiões suas, vt fecit, vt diximus supra circa monitũ. liiij. & dicta ibidem deseruiũt huic monito, ne eadem repetamus: nam quod nos repræhendit, non aduertisse in S. Thoma, id quod ipse tanquam subtile valde animaduertit, non est magni momenti: cum clarè S. Thomas loquatur: sed id quia ad propositum nostrum nihil cõferebat omisimus: nam quod capiat laicus per manus clericorũ, non id excusaret, si concedi illi decimarum non posset vtilitas: & ita hæc omnia absurda sequi optimè infertur ex opinione Archidiaconi, iuncto dicto D. Petri de Soto, quod nos allegauimus: & eo postea vtitur D. Martinus, qui eum expressè sequitur in multis huius apologiæ locis.

Summarium.

1 *Repetendi eadem sæpe tenet cacoẽthes D. Martinus. N.*

IN. LXV. monito nihil est, quod ad nos pertineat: sed diuinat causas D. M. concessionis decimarum factæ ante cõcilium Lateranense, quia nihil certum habemus: licet D. Martinus quasi præsens concessionibus fuerit, id hic, & in precedenti monito affirmet: notandum tamen est, quàm li-
1 benter omnia repetat: cũ in fine huius moniti id quod dicit, dicat se dixisse in libro de redditib. Ecclesiast. & quod infra etiam dicet: sed bis, & ter quod pulchrum est, vt est in prouerbio: sed & quæ minimè sunt pulchra, ea pulchra videtur amori: philautia enim omnes valde laboramus.

Summarium.

1 *Licet fructus beneficiorũ, sint liberi suæ natura à lege iustitiæ, potest tamẽ lex canonica, vel cõsuetudo eis onus imponere.*

2 *Eadem consuetudo potest onus adimere.*

IN. LXVI. monito. D.M.N. me repræhẽdit, ꝙ malè respondeã illi argumẽto: empta, scilicet de redditibus Ecclesiasticis sunt Ecclesiæ, empta verò de bonis patrimonialibus sunt clerici, ergo reddit⁹ Ecclesiastici non sunt eiusdem rationis cum patrimonialibus: quia his apertè nos respondemus, quòd redditus beneficiorum ex natura sua post separationem, vel erectionẽ beneficiorum, & consuetudinem de his di
1 sponendi sunt liberi: sed hoc non efficit, quominùs lex, vel ipsa consuetudo, si velit apponere aliquod grauamen, possit facere, cũ dicta bona, vel redditus sint apti, ad hoc onus subeundum: ideò potuit Canon, ne clerici emendis, & augẽdis patrimonijs studerent statuere, vt empta de redditibus Ecclesiasticis acquirerẽtur Ecclesiæ: sicut potest eis quodlibet aliud onus lex, vel cõsuetudo imponere, & impositũ auferre: vt in
2 Hispania empta à clericis de fructibus suorum beneficiorum, fiunt ipsorum propria: & de his liberè disponunt, etiã in testamentis, & hoc seruat consuetudo: & si videatur quæ nos scripsimus in dicto libello de reditib. Ecclesiast. in. 4. part. in cap. 2. in nu. 3. versic.

versic, ad sextum. & in cap. 6. nu. 11. in fi. in pag. 240. in editione facta Romæ, satis erit soluta hæc difficultas, licet D. M. N. hoc dissimulet: denique fructus Ecclesiastici, et patrimoniales, quoad legem iustitiæ, sunt eiusdem ratiõis, tàm ex parte rerum, quàm personarũ, nisi lex, vel consuetudo aliquid specialiter imponat: vt fecit lex canonica, circa emptiões prædiorum factas à clericis ex redditibus suorum beneficiorum: quod in Hispania ex consuetudine, quę hominũ memoriam excedit, sublatum est.

Summarium.

1 *Commendatores nõ sunt pauperes, neq; fabrica, neq; clerus, neque Episcopus.*

2 *Si possunt bona Ecclesiastica constitui extra istas quatuor personas: concedi potuerunt vni ex his quatuor, libera à reliquis trib⁹.*

3 *Hæc interpretatio non destruit legem diuinam, sed astruit.*

4 *Consuetudo potuit inducere, vt laici ex lege iustitiæ nihil soluant clericis: ergo potest, vt nihil debeatur ex lege iustitiæ pauperibus.*

5 *D. Martinus. N. malè intelligit S. Thomam.*

6 *Verius est lege diuina non esse talem naturã bonorum Ecclesiasticorũ, qualem D. Martinus, & D. frater Petrus de Soto dicunt.*

7 *Canones Apostolici mutari possunt ab Ecclesia.*

8. *Pontifex dispensat super bigamia.*

9 *Canones appellatione sacræ scripturæ non continentur.*

IN. LXVII. monito nos repræhẽdit D. Martinus. N. propterea ꝙ non satisfecimus illi argumento, scilicet, lege diuina bona Ecclesiastica sunt destinata in diuini cultus exhibitionem, ministrorum Ecclesiæ sustẽtationem, & pauperum: ergo lege humana, vel consuetudine hoc mutari nõ potest: sed nos credimus, satis superque satisfecisse, vt statim dicemus: sed antea notabimus ex hac regula, qua D. Martinus nititur apertissimè, sequi illa absurda, quæ nos diximus, nisi aliquam patiatur hæc regula interpretationem: nam apud Commenda-
tores, & reges cum hæc bona existunt, sunt extra prædictos vsus: cum Commendato-
1 res vel Reges, neque sint clerici, neq; pauperes, neq; fabrica, neq; Episcopus: quòd si ipse D. Martinus dicat, ex causa mutari horum bonorum naturam, vt possint esse extra omes has quatuor personas: multo ma
2 gis fieri poterit, vt sint libera à tribus, apud vnam ex eis cum minor fiat digressio. vt in l. si acceptolatũ. ff. de acceptilatio. & in. l. si vnus. in. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

Secundo verum est, cum sunt apud clericos, conseruari horum bonorum conditionem: quia diuisio huic legi non contra-
3 dicit, imò fit in executionem dictæ naturæ bonorum, & separari potuit hoc vni ex dictis personis, prouidendo alium de alijs, qd factum est quoad pauperes, erectiõe hospitalium, & collegiorum, atque alijs modis.

Tertio vt respondimus in dicto libello, dicimus, quòd licet sustentatio pauperum sit debita: lex tamen potuit interpretari, aliũde posse sustẽtari, sicut clerici, qui alẽdi erant à populo ex fructibus prædiorũ, quę à Deo dantur in locis, quibus decimæ non
4 soluuntur, aliunde aluntur, & posse ali: cõsuetudo interpretatur, ita pauperes aliunde ali posse, sicut aluntur, vel ex sola charitatis lege potuit consuetudo interpretari. Nam quod D. Nauarrus argumẽtatur, nõ esse hãc interpretationem legis diuinæ, sed destructionẽ, hoc enim verbo vtitur, ostẽdimus clarè falsum esse: cum omnia, quæ
5 ipse dicit magis impugnent interpretationem Beati Thomæ, loquẽtis de his, qui nihil pro decima soluunt clericis: & tamen quia clerici aliunde sustentantur, sicut in specie nostra pauperes, admittitur, vt nihil laici soluãt clericis: sic vt nihil à clericis ex suis redditib⁹ ex lege iustitiæ debeatur pauperibus, licet ex lege charitatis debeatur, inducì potuit: & ita non respondet D. Martinus doctrinæ S. Thomæ, quæ habet, vt ex fructibus quos Deus largitur, sustententur ministri Ecclesiæ, esse de iure diuino: sed hoc posse tollere consuetudinem, vel dissimulationem Ecclesiæ existimãtis aliunde

posse ministros sustẽtari: ergo idem in obligatione de sustentandis pauperibus: quia per separationem portionis clericorum, Ecclesia iudicauit pauperes aliũde posse sustẽtari, & illam portionem, vt necessariam, ministro Ecclesię applicauit: hoc argumentũ, seu inductio ita cõcludit, vt putem D. Nauarrum effugere non posse.

Nam quod ipse dicit, non esse verisimile, Ecclesiam separasse, vt in vsus vanos, & profanos expenderet clericus, fallacia est: quis enim vnquam ad hoc separasse Ecclesiam, dixit? nam neq; omisit decimas apud prædictos laicos, vt eas in vsus vanos, & profanos expenderent: sed nihilominus securi, & liberi sunt à lege iustitiæ in eis, tàm à clericis, quàm à pauperibus, etiam si ipsi laici clericos non sustentent: nam quod D. Martinus præsupponit in quæstiõe S. Thomæ, populum illum, qui fructus colligit, & cui sacramenta ministrantur, licet decimas non soluat, prouidere aliundè clericorum sustentationi, non est verum, neq; prę supponendũ: nã nihil refert aliũde, quã ab illo populo clerici sustẽtẽtur: & ita si aliũde potest subueniri pauperibus, quàm à clericis hoc sufficit, q̃ Ecclesia separando partem clericis, arbitrata est fieri posse: & ita prædictum simile ex Beato Thoma de decimis adeò vrget, vt D. Martinus nihil respondeat, quod aliquem habeat saporem, vt nostri dicunt.

Possumus etiam negare, naturam horũ
6 bonorũ esse, lege diuina, talem, vt alij, qui opinionem nostram tenent, faciunt: nam etiamsi apostoli hoc præcepissent, quatenus legislatores erant: non constituebant ius diuinum, sed positiuũ: quod potest mutari contrario iure positiuo: nam Apostoli
7 statuerunt quòd præbyter propter fornicationem deponeretur, vt in cano. Apost. 24. cano. id tamen postea per Sylueſtrum, & concilium fuit immutatum: vt notat Archidiac. & Turrecrem. Cardi. in cap. sicut quædã. circa fin. vbi optimus text. 14. dist. faciunt, quæ tradit Beatus Tho. in quodlibet. 4. artic. 13. vbi tractãdo, an Papa posit super bigamia dispẽsare: cum videatur, per Apostolum promotio bigami prohibita:
8 dicit in effectu, quòd ex his in quibus Apostoli promulgabant ius diuinum, nihil potest mutari: ex his verò, quæ ipsi præcipiebant potest, quia est ius positiuum: & dicit etiam, q̃ ea, quæ pertinent ad determinationem humanorum iudiciorum, vel ad determinationem diuini cultus, liberè permisit Christus prẽlatis Ecclesię, alia multa ibi ponit S. Doctor, quæ multum conferunt huic opinioni, & idem S. Thomas in addi. ad tertiam partem, in quæst. 66. in art. 5. sentit, ea, quæ sunt de institutione Apostolorum posse mutari, tanquam ius positiuum: cum Ecclesia habeat nunc eandem potestatem statuendi, & destituendi, quam tũc habebat: facit, quæ ponit Cardin. Turrecrema. in tracta. de Ecclesia lib. 3. c. 54. & quæ Feli. post alios in cap. quæ in Ecclesiarum, extra de constitutioni. non ergo in his bonis Ecclesiasticis expendẽdis, est aliquid iure diuino statutum: licet multi canones circa hoc statuant, qui tamen non constituũt ius diuinum neq; appellatione sacræ scri-
9 pturæ continẽtur: vt in cap. ignorãtia. vbi notat Archidiaco. & Cardi. Turrecrem. in fin. 38. distinct.

Summarium.

1 *De intentione diuidentium, & erigentiũ beneficia, & quòd intentio legis nõ obligat, sed lex.*

IN. LXVIII. monito D. M. N. nos reprehendit, quòd diximus, quòd licet in diuisione, vel separatione bonorum, & erectione beneficiorum fuisset intentio, vt clerici haberẽt commodam sustentationem, & vt possint subuenire pauperibus: tamen illam intentionem ex lege iustitiæ nõ obligare, sed legem: quod aptissimum est, ad respondẽdum obiectioni per nos oppositæ: Dicit tamen D. Martinus quod licet hæc sint vera, non satisfacimus: quia non fuit intentio legis, sed lex: cum ex Apostolorũ instituto expressè hoc fuerit præceptum, sed si ipse intelligit, respõsio nostra est optima: quia duo sunt tempora, & duæ difficultates, quibus opus fuit respondere, & duplex status. Primus fuit antiquus status viuendi in communi, rebus nondum separatis, à quo per diuisionem, & erectionem beneficiorum, fuit discessum. Et ita respõdemus illi priori statui legis expressè in antiquis canonibus, & huic statui iã est satisfactũ, tàm ex dictis in illo nostro libello de redditib. Ecclesiast. in. 4. part. quã ex dictis circa monitum præcedens: & ita est satisfactum obligationi expressè, quæ in canonibus antiquis continetur. Secũdus verò status, & difficultas est in obligatione ea, quæ ex intentione diuisionis, & erectione beneficiorum colligi posset: scilicet, vt fuerit facta hæc separatio, vt cõmodè clerici sustentẽtur, & possint pauperibus subuenire: huic difficultati appositæ respondemus ex S. Thoma: legis intentionem nõ obligare, sed ipsam legem: maximè, quia diuidẽtes, eam intentionem habere videntur, quæ in natura diuisionis cõtinetur: vt dictum est supra circa monitũ. xlj. & facit. C. de condictio. ob caus. l. si repetendi. Et alia, quæ in dicto libello, in. 4. parte, in. c. 2. nu. 6. in fin. cum sequent. allegauimus, quæ ibi poterunt videri, ne hîc repetantur: & faciunt quæ dicẽtur infrà circa monitũ. lxxiij. huius primæ partis, quod interpretata etiam est consuetudo, vt sæpè dictum est.

Summarium.

1 *Dominus Martinus repetit hîc, quæ iam dixerat, & eadem, quibus est respõsum.*
2 *D. Martinus. N. nõ rectè refert sententiam nostram.*

IN. LXIX. monito D. Martinus dicit, inanem esse respõsionem, quam nos damus illi argumento: plurimas scilicet diuisiones, & erectiones beneficiorum reperiri factas: ita vt constet, nullam partem specialiter pauperibus assignatam: ergo totum id fuisse clericis concessum, cum obligatione pauperes alendi, vel quę supersunt, eis distribuendi: sed huic difficultati plenissimè
1 iam nos respondimus, vt satis importunũ sit. D. Nauarro toties repetenti quamlibet rem satisfacere: nam supra circa monitum lxvij. vbi ipse in effectu tetigit, satisfecimus, quoad illã partem pauperũ, & latissimè in illo nostro libello: quia si Ecclesiæ dissimulatione sunt securi laici, qui non sustentãt clericos, neq; eis aliquid soluũt: multo magis clerici, quoad legem iustitiæ erunt securi, nihil tribuendo pauperibus ex portione sua: licet quoad legem misericordiæ maxi-
2 mè rei fiãt, in eo verò quòd D. Martinus N. vt sibi placet, imponit, dixisse in versiculo inducere, pag. 302. & in pag. præcedẽti: satis dictũ est, in. c. 1. primæ partis huius nostræ defensionis, quò lectorẽ mittimus, nolentes ad eũdem, in quo ipse, lapidẽ offendere.

Summarium.

1 *Voluntas disponentium quando possit mutari à principe.*
2 *Ius positiuum potest commutari, & ita canones Apostolorum.*
3 *dispositio priuatorum ad pias causas potest cõmutari à summo Pontifice.*

IN. LXX. monito nos reprehendit D. Martinus. N. quòd nos satisfecerimus illi
1 argumẽto, quod habet, nullum principem posse voluntatem disponentium in vnum vsum pium, mutare in aliũ, nisi ex iustã causã, & præsertim in vsum profanum: sed nos adeò clarè satisfecimus, vt nescio quomodo R. D. Doctor Martinus hoc non viderit: & vt clariùs dicamus, distinguimus, aut loquimur de voluntate legislatorũ; & ca-
2 nonum etiam Apostolicorum: & hæc voluntas potest mutari, & commutari, vt dictum est in monit. lxvij. quia est ius positiuum: & de ista voluntate nõ loquitur hæc difficultas, aut loquimur de voluntate donantium, vel legantium bona sua: & in his referemus verba nostra, quæ in hac difficultate, & eius solutione posuimus, vt omnes intelligant, an satisfecerimus huic difficultati: verba nostra ex quibus res intelligetur, omissis alijs multis, hæc sunt. Cum videamus, plura beneficia erecta esse ex legatis relictis, vel alijs largitionibus Ecclesiæ à priuatis

" priuatis hominibus factis, qui sua bona Ec
" clesijs obtulerũt, existimantes hęc bona in
" pios vsus conferre: non ne fraudantur sua
" laudabili, & pia voluntate, si aliter quã ipsi
" voluerunt, dicti fructus expendantur? & le
" ge iustitiæ clerici illi volũtati cõtraueniẽt,
" & erunt obnoxij? Circa hoc dici potest, q̃
" si nullum expressè est impositum onus, ani
" mus in mente retentus nihil operatur, & in
" frã. Quod si voluntas donantiũ legem cer-
" tã imposuerit, seruari debet. Hæc sunt ver-
" ba nostra, posteà dicimus: Quod si Põtifex
" etiã, vbi certa lex fuerit imposita, mutaue-
" rit illam voluntatem: securus est seruando
onus impositum à pontifice. Et quod ipse
D. Martinus dicit, Principem cõmutare vo
luntatẽ nõ posse: ego hoc reprobaui in pijs
dispositionib⁹ per rationes multas, quas ibi
3 posui, nec eas hic repeto: licet nõ possit cõ
mutare dispositiones in non pios vsus fa-
ctas, vt ex multis rationibus ibi comproba
uimus, & diximus postea latiùs, vbi omni-
no videatur, in lib. 1. Select. interpreta. in. c.
11. nu. 10. cum sequent. & in. c. 9. nu. 21. &
22. & 23. & 24. & ita D. Martinus refert me
cõtrarium dicere eorũ, quæ dixi: & Clem.
Quia contingit, &. l. legatum. dicunt etiam
contrarium eius, ad quod ipse allegat: nam
Clementina, quia contingit, dicit authorita
te sedis Apostolicæ, posse commutari ad
alium vsum, ea quæ ad aliũ vsum sunt à fi-
" delibus relicta: & tex. in. l. legatum. inquit,
" legatam municipio pecuniam in aliã rem,
" quam defunctus voluit, conuertere, citra
" Principis authoritatem, non licet.

Summarium.

1 *HIc etiam D. Martinus non satis fideli-
ter refert, quæ nos diximus.*
2 *Ex voto quæritur actio personalis, cõtra D.
Martinum & Caieta.*
3 *Dictũ Bart. in. §. Flauius Hermes ab re ad-
ducitur per D. Martinum. N.*

IN. LXXI. monito D. M. N. repræhen-
dit nos. q̃ repræhendamus Caietanum,
quatenus vult ex voto non quæri aliquod
ius Ecclesiæ, in cuius vtilitatem fit: nam in
1 hoc eum repræhendimus, nõ autem in eo,
quod inquit hos dixisse, non posse Papam
dictum votum cõmutare: quia circa præce
dens monitum contrarium, expressè cõtra
ipsum Martinum probauimus: & D. Marti
nus non respondet nostris textibus, & do-
ctrinis à nobis citatis, sed minus aptè addu
cit doctri. Bar. in. l. qui Romę in. §. Flauius
Hermes. ff. de verbo. obligat. quæ nihil ad
propositum facit: cum habeamus textum,
2 quem nos citauimus: quòd ex voto quæri
tur statim actio illi Ecclesię, vel loco publi
co, in cuius vtilitatem fit: adeò vt D. Marti
nus, qui contrarium cum Caietano voluit,
debuit respondere adductis per nos, & nõ
vagari in re impertinenti ad id, de quo quę
3 rimus: nam hic nulla donatio fit tertio, vt
det postea Ecclesiæ, sed directò votum fit
Ecclesiæ, & actio personalis directa ei est
quæsita, quo casu non potest cõsiderari ali
qua reuocatio: nã & quoad doctrinã Bart.
si esset ad propositum, multa essent dicẽda:
sed quia præter rem est, sufficiet remittere
ad Doctores, qui de hac re præter ordina-
rios in extra ordinarijs locis latè scribunt.
scilicet Purpura. in. l. certi cõdictio. in. §. si
numos. ff. si certum petat. Xuarez in repet.
l. quoniã in prioribus. fol. 968. C. de inoffi.
testament. Fortuni. Garf. in. l. iuris gẽtium.
in. §. 1. ff. de pact. Iaf. latissimè. in. l. 2. nu. 66.
& nu. 217. cũ pluri. sequent. de iure Emphi.
& Tiraquel. in tract. de primigeni. q. 8. per
tot. R. Episco. Segobien. lib. 1. Vari. resolut.
cap. 14. & nouissimè Anto. Gabriel. lib. 3.
cõmu. cõclus. titu. de donatio. in cõclusi. 5.
per totum, & quæ ponit Tiraquell. de iur.
consti. in. 2. parte in quæst. 30.

¶ *Summarium.*

1 *DOminus Martinus. N. sequutus est in-
tellect. Abb. c. fi. de his, quæ fit, à maio.
parte capi. quem nũc reprobat: imò sequu
tus est duas opiniones contrarias.*

IN. LXXII. monito D. Martinus. N. nos
repręhẽdit, q̃ dixerimus, cũ in interpre-
tatione. c. fi. de his, quæ fi. à maio. part. capi.
sequutum esse Abbatem. in. c. cum omnes,
colu. 3.

colu. 3. de constitutioni. quod ipse negat,
sed si videantur verba ipsius in dicto lib. 1.
q. nu. 40. in versi. quod tamen, nihil impo
suisse videbimur. Nam ipse D. Martinus di
cit, q̃ maior pars potest præiudicare mino
ri: quia non habẽt canonici suas portiones
1 iure particulari: & hoc idem dicit Abb. in
dicto loco. num. 5. vt nesciã, quomodo ne-
get hoc D. Martinus: præterea ipse D. Mar
tinus sequitur in fin. Decium in dicto. c. cũ
omnes. Et ita est sibi cõtrarius, cum Decius
reprobet Abbatem, & ipse vtriusq; opinio
nem approbat: Decij vero intellectum nos
reprobauimus latè in dicto libello, quem
nunc, recantans palinodiam, reprobando
Abbatem D. Martinus sequitur: cum tamẽ
ferè ipsius Abbatis verbis posuerit in dicto
loco prædictum Abbatis intellectum.

Summarium.

1 *ITerum de intentione legis: & aliud esse
intentionem legis, aliud voluntatem, &
mentem.*

IN. LXXIII. monito. D. Martinus, sui
immemor, repræhendit nos, quòd dixe
rimus, intentionem legis non obligare, sed
legem: cum tamen id expressè hoc appro-
bauerit, & cõfirmauerit ex allegatis per nos
supra in monito. lxviij. isto verò monito
lxxiij. dicit falsé, aut certè impropriè nos
hoc dixisse: cum tamen verissimè, & pro-
prijssimé id dixerimus, maximè in eo pro-
posito de quo agebamus: scilicet quòd li-
cet intentio applicantis beneficiato illam
portionem fuisset, vt ipse commodè, & ho
nestè viuere posit, se, & suos sustentare, &
pauperibus subuenire: non tamen obliga-
tus ex lege iustitiæ clericus hanc intentio-
nem adimplere, neq; ad hunc finem tende-
re: sicut lex diuina, quæ iubet festa obserua
ri, ea intentione fecit, vt Deo gratias redde-
remus, & quod à seruilibus verè, idest pec-
catis abstineremus: non tamen hæc legis in
tentio obligat, sed solũ lex: ita vt qui eo die
adulteratur, non frangat præceptum ob-
seruationis festi, sed id frãgat sutor, calceos
suens, licet hic, quam ille minus peccet: sed
non in hoc præcepto obseruationis festo-
rum: quia hic, & non ille, quo ad id peccat:
vt latè diximus ex diuo Thoma, in dicto li
bello. 4. parte in. c. 2. nu. 7. nec enim nos di
1 ximus sensum legis & voluntatem nõ obli
gare: contra quod tendunt omnia argumẽ
ta D. Martini, quæ sunt vulgatissima: licet
omisserit illam ordinariam legem, non du-
bium. C. de legibus. & l. scire leges. ff. de le-
gibus. & c. intelligentia. & c. propterea. de
verb. signific. nam aliud est finis ad quẽ re
spicit intẽtio, quæ obligationẽ nõ inducit,
aliud est mediũ, ad quod voluntas, & mẽs
legis respicit: quæ mens, & volũtas est ipsa
lex, vt dicit tex. in. d. l. scire leges. & dict. l.
non dubium. Et de ista intentione diuiden
tiũ, vide quæ dixim⁹ supra circa moni. xlj.

Summarium.

1 *IN hoc monito & sequentibus D. Martin⁹
multa eisdem verbis, vt solet, ex libro suo
de redditib. Ecclesiast. transfert.*

IN. LXXIIII. monito D. M. transcribit
octo paginas ex suo libro de redditi. Ec-
clesiast. q. 1. nu. 41. vsq; ad. 47. à pagi. 47.
vsq; ad. 54. & repræhẽdit me, q̃ post Sotũ
dixerim, nescio quid: quod nõ reperio me
dixisse, neq; ipse locum citat aliquẽ: ideò li
cet multa falsa, & ad rem minimè pertinẽ-
tia dicat: tamen quia tot earundem rerum
repetitionibus tædium maximum genera
tur, huius moniti omissione aliquantulum
recreemur.

In monito. LXXV. idẽ facere possumus:
cum in eo repetat, & transcribat ea, quæ in
libro de redditib. Ecclesiast. & millies supra
dixerat, transcribit enim ex dicta. q. 1. à nu.
49. vsque ad. 53. à pag. 58. vsq; ad. 62.

Idem facit in monito. LXXVI. nã trã-
scribit ad literam, vt solet, nouem paginas
ex dicto suo libro. q. 1. num. 53. vsq; ad. lix.
pag. lxij. vsque ad. lxx. & quia hæc moni-
toria nõ sunt contra me solũ, sed cõtra plu
res, ideò his alij interesse sua putantes, pote
runt respõdere: & ipsemet D. Martinus qui
multa dicit contraria his, quæ in libello de
redditib. Ecclesiast. dixerat.

In

IN monito. LXXVII. repetit D. M. multa quæ tàm superius, quã in libro de redditib. Ecclesiast. dixerat: nam primam paginam huius moniti transcribit ex dicta 1. quæstio. sui libri. num. 59. reliquas verò paginas transcribit ex numero. 66. pag. 76. vsque ad pagi. 83. nec applaudendi occasionem, prætermittit.

LXXVIII. monitum continet etiam repetitionem eorum, quæ D. Martinus. N. sæpè dixerat, vt & historiã S. Mariæ del Paular toties decantatam non omiserit, transcribendo à dicto suo libro de redditib. Ecclesiaſ. Has totas octo paginas, vt potest videri in dicto libro. 1. quæst. nu. 78. cum sequentib. pag. 83. vsq; ad pag. 91. & in. nu. 3. post medium vsq; ad finẽ, ponit quẽdam computum Arithmeticum, seu potius Sophisticum, quo eludit suam opinionem, & eam vanam relinquit: sicut & in libro suo de redditib Ecclesiast. in quæst. 1. nu. 70. cũ sequentibus fecit: vnde transcripsit omnia, quæ hic ponit ad literã, vt in hac apologia omnia sua melius conseruẽtur, quod an futurum sit, Deus scit: quia vt inquit Martia. *uicturus gẽnium debet habere liber*. Alia quę in hoc monito sunt alicuius momenti explicabimus in. 2. parte huius libelli, circa monitum. 4. vbi omnino videatur.

LXXIX. monitum repetitio est parum opportuna, & prosequitur trãscriptionem ex dicto loco, à pag. 91. vsque ad. 95.

LXXX. monitum repetitio etiam est, non prima, sed tertia, vel quarta earundem rerum cum suis historijs: nam hic transcribit vndecim. col. à dicto libro de redditib. Ecclesiast. quæst. 1. à pag. 97. vsque ad. 109. Hic solum notabimus, quod in nu. 5. canonicos regulares S. Isidori Legionensis, & Roncæ vallis vocat Cõmendatores, quod inauditũ hucusq; est, vt latiùs notauimus supra circa monitum. lv. & infra circa monitum. lxxxij.

LXXXI. monitum longissima repetitio est: & ad literam transcribit nouem columnas à dicto lib. 2. à pag. 109. vsq; ad. 117. sed non tangit nos, ideò omittemus, quæ hic dicit: solum id animaduertentes, quòd non est verũ dictum Cardinalis, quod hic allegat, & millies aliàs tã in ista apologia, quàm in dicto libro de reddi. Eccles. vt iã supra notauimus circa vndecimũ monitũ.

Summarium.

1 *Dominus Martinus errat in facto, putãs Cõmendatores habere Ecclesias.*

2 *Clerici S. Iacobi, & S. Isidori non sunt Commendatores: sed isti, sunt regulares canonici, illi verò freiles appellantur.*

3 *Sustentatio clerici, præfertur fabricæ, et reparationi Ecclesiæ, quoad fructus beneficij.*

4 *D. Martinus est sibi contrarius: & allegat text. qui facit contra se.*

5 *D. Martinus ita componit historiam Regis Catholici, vt melius fecisset, si illam omisisset.*

IN. LXXXII. monito D. Martinus multa hic transcribit, paucis verbis mutatis ex dict. q. 1. pag. 117. vsq; ad. 127. & adiũgit quę dã, quæ nos allegauimus, & nos reprehendit, solũ vt nos repræhendat: quia re ipse sequitur, ea quę nos diximus, de donatiõe facta in articulo mortis ab illis, qui testari prohibentur: imò vtitur nostris argumentis, & exemplis, tanquam à se inuentis, quod apparet ex illo simili beati Laurentij: alia omnia quæ dicit, sunt sæpissimè iam dicta, tam suprà in hac sua apologia, quam in libro de redditib. Ecclesiast. vt tædium sit, toties eadem scripta relegere: solum hic dicã, quod infert in fine huius lõgissimi moniti, Commendatores, seu milites religionum non fore excusandos, si ex eo, quod necessarij sint ipsis sustentandis redditus sui, habent templa minantia ruinam, vel non vti decet apparata: quia, vt ipsemet supra dixit, non debet considerari eorum necessitas secundũ statum suum, sed qualitas redditiuum beneficiorum: quia in hoc duo sunt consideranda. Primo, quod errat in facto, nam putat istos Cõmẽdatores habere Ecclesias, quod falsum est in facto, quia nullas habẽt Ecclesias: sed sunt sub illis parochijs, in quibus degunt, sicut & alij seculares, & sub iudicibus etiam secularibus, vt supra dictum est circa monitum. lv. nam illi qui habent Ecclesias, neq; milites sunt, neq; Cõmendatores, sed freiles vulgo appellantur, & sunt clerici regulares: sed D. Martinus oẽs vult facere Cõmendatores, & milites, vt religiosos monasterij Roncæ vallis, in quo ipse est regularis, & S. Isidori, quæ sunt monasteria canonicorum regularium, faciat Cõmendatores, vt notauimus in monito octogesimo.

Secundo in eo etiam decipitur D. Martinus: quod existimat, clericũ, qui habet beneficium, ex quo colligit tantum eos fructus, qui sibi sunt necessarij ad se sustentandum secundùm conditionem suam, & dignitatem, teneri, si bi adimendo, cõferre in reparationem suæ Ecclesiæ: ex eo quòd ad hoc debeat assumere alimenta secundùm conditionem sui beneficij, non secundùm conditionem suæ personæ, hæc est opinio D. M. N. quam probat ab absurdo, dicẽdo: nam si oppositum contendas, cogeris fateri necessario, filium regis habentem duo beneficia, quorum vtrunq; valeret octingentis aureis, nequaquã obligandum ad contribuendum partem vllam, vel minimam in Ecclesiarum reparationem, & ornamentorum: quod est planè absurdum. &c. Sed mihi non videtur aliquod absurdum, si clericus regis filius aliunde nõ habet, vnde se alat: nam Parochiani tunc tenẽtur ad reparationem, quãdo clericus est pauper: vt per Abb. in cap. 1. de Ecclesi. ædificand. quod si ipse aliàs habet, vnde se alat: prius incipiẽdum est à beneficiato, qui habet ab Ecclesia fructus, quã à Parochianis: nisi esset consuetudo in contrarium, vt ibi dicit Abbas; & ita decipitur in hoc D. Martinus.

4 Errat etiam, quia est sibi contrarius in omnibus, quæ supra dixit: semper enim voluit clericum in his, quæ pro suis alimẽtis, & sustentatione sunt necessaria, præferri pauperibus: & esse liberam eam partem, sicut bona patrimonialia: & cõsiderari personæ conditionem in hoc, & decentiam status: vt ipse D. Martinus dicit in. 1. q. monito. xxxij. nu. 2. & monito. xxxj. pag. 119. & monito. xxx. pag. 113. & monito proximè sequent. 3. colum. ergo sicut est libera à pauperibus, debet esse libera à fabrica, cum sint eiusdem rationis: & ita hæc opinio D. Martini est falsa, nec vlla nititur ratione, & est contra tex. expressum, quem ipse citat, in cap. de his. de Ecclesi. ædificand. vbi tex. inquit. *De his, qui paræciales Ecclesias habent, duximus respondendum: quòd ad reparationẽ, & institutionem Ecclesiarum cogi debẽt, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius Ecclesiæ (si eis superſint) conferre, vt eorum exemplo cæteri inuitentur*. Ecce quòd vbicunque non superest clerico, non tenetur conferre: nõ obstat, quòd necessitas naturæ conseruandæ, præfertur necessitati conseruãdi decorem: quia hîc non agimus de persona, vt sit naturæ necessitas. Item hîc fit transitus ad Parochianos, quando clericus non habet, vnde subueniat. vt supra dictum est.

IN. LXXXIII. monito D. Martinus transcribendo. 24. pag. à dicto suo libro, pag. 127. vsque ad. 149. repetit omnia, quæ de nostro Catholico Rege, in libro de redditib. Ecclesiaſ. per plures paginas dixerat: sed si meũ cõsilium cœpisset, omisisset profectò ea, nec omnium clarissimi Regis nostri Philippi laudes sine vllo rerum, verborum, ac sententiarum delectu retulisset.

IN. LXXXIIII. & vltimo monito primæ quæstionis, D. M. Nauarrus repetit ad literam nouem paginas cum suis summarijs, quas scripsit in libro de redditib. Ecclesiaſ. 1. q. pag. 149. vsque ad pag. 158. à nu. 99. quæ pertinent ad moniales, nec tangit nos, ideò omittam: & huius nostræ defensionis primam hanc partem absoluamus.

Finis libri primi.

DEFENSIONIS LIBELLI NOSTRI DE REDDI. ECCLESIASTICIS, AB IMPVGNATIONIBVS D. MARTINI NAVARRI,

Pars secunda.

SVMMARIVM.

1 *Titulus quæstionis ostēdit, D. Martinū in præcedenti quæstione sibi aduersarium fingere.*

DOMINVS Martinus Nauarrus præmittit titulū secūdæ quæstionis, qui talis est: an beneficiarij impēdentes superfluè, vel profanè redditus suorum beneficiorum, nō solum peccent mortaliter, sed etiam teneantur ad restitutionem: ex quo apparet, quòd in præcedenti quæstione tractauit, nō de restitutiōe, sed de peccato: licet titulum ambiguū proposuerit, ne videretur vanè pugnare: vt diximus in parte præcedenti circa monitum. xl.

Summarium.

1 *Dominus Martinus nō rectè refert, quæ nos diximus.*

2 *Non semper tenetur ad restitutionem, qui ex lege iustitiæ tenetur, sed cum distinctione.*

IN monito primo huius secundæ quæstionis D. Doctor Martinus ab Azpilcueta Nauarrus ita inquit: falsum esse qd Præfatus N. ait, videlicet quod quicunque possunt compelli per iudices ad aliquid faciendum, tenentur ad illud lege iustitiæ veræ, & specialis, cuius transgressio ad restitutionem obligat. Hæc ille, circa quod primo notandum est, quòd D. Martinus N.
1 non recte refert sententiam nostram: ideò non alegat locum, in quo hæc dixerimus: quinimo nos contrarium diximus, scilicet, non esse verū semper per legē iustitiæ obligare ad restitutionem: quia lex iustitiæ subsidiaria non obligat ad restitutionem: vt in
2 eo accidit, qui pauperi, in extrema necessitate cōstituto, nō subuenit: & in patre, qui non alit filium, qui non tenetur ad restitutionem: vt latiùs prosequuti sumus, in libello de redditib. Ecclesiast. lib. 3. cap. 4. nu. 5. pag. 62. reprobando D. Martinum, & Dominicum de Soto, tenētes contrarium: simpliciter autem quicūq; tenetur aliquid facere, & compelli potest per iudicem, teneri eum, ex lege iustitiæ verissimum est: vt circa sequens monitū ostendemus, non tamē semper tenetur ad restitutionē, quia vt in dicto libello diximus, lex iustitiæ in subsidium, & non simpliciter inducta etiā si specialis sit, quicquid D. Martinus velit, non obligat ad restitutionem: argumenta autē quæ ipse hîc proponit, fateor me nō intelligere, quid faciāt ad hanc rem, de qua agimus,

Summarium.

1 *An pater teneatur alere filium ex legè iustitiæ speciali: & quid de fratre, infra numero. 5.*

2 *Inter patrem, & filium, maritum, & vxorem non datur propriè iusticia secundùm S. Thomā,*

Sanct. Thomam: nihilominus tamen oritur obligatio restituendi.

3 *An obligatio descendat ex æquitate naturali, vel legis rigore, nihil interest, vt quis teneatur ad restitutionem, contra D. Martinum.*

4 *Obligatio de liberis alendis, est specialissima, contra D. Martinum.*

5 *Quod frater alat fratrem, est à lege ciuili inductum.*

6 *Inter patrem & filium, vbi deuenitur ad iudicium, est propria, & vera iustitia.*

7 *Debitum legale descendit ex lege iustitiæ: ad quod reddendum, potest quis astringi.*

8 *Noua ratio, vt clericus ad restitutionem malè expensorum non teneatur.*

IN secundo monito reprehendit nos D. Martinus, quòd dixerimus, legem Iustitiæ obli-
1 gare ad restitutionem: nisi vbi lex Iustitiæ esset subsidiaria, quia tunc nō obligat ad restitutionem: vt posuimus exemplum in patre, qui ex lege Iustitiæ tenetur alere filium, qui egeat, neque sibi sufficiat: & per contrarium filius patrem: quod si non fecerint, non tenentur ad restitutionem: quia alimenta præterita peti non possunt, neque restituere pater tenetur: vt latè in nostro libello de redditibus Ecclesiasti. probauimus, in parte. 3. in capit. 5. nu. 5. & in eadem. 3. parte. in cap. 4. nume. 5. cum sequentibus: quæ hic non repetemus. Causa enim ob quam obligatio oriebatur non perpetua est, sed variabilis: ideò ea mutata perimitur obligatio, sicut de excusatione dicimus in. l. cura. in. §. deficientium. ff. de munerib. & honori. Sic etiam dicimus actionem perimi, si creditoris desinat interesse: in leg. si seruus furtiuus. ff. de condit. furtiu. ibi, *Nam neque petitoris iam interest*, & in. l. si ex conuentione. C. de pactis, cum alijs quæ adduximus in libro. 2. Selectarum interprætatio. in capi. primo. num. 5. Sic eadem ratione ius agendi crescit, vel minuitur, in. l. cum ex causa, & in. l. sunt qui in id. ff. de re iudicata. & extinguitur. vt in. l. si mulier. ff. soluto matrimonio. Dominus autē Martinus vult, illam regulam semper & vbique esse verā: vt vbicunque quis ex lege Iustitiæ tenetur, sit obligatus ad restitutionē: etiam si causa mutetur, & negat ex lege Iustitiæ speciali teneri, patrem filium alere, sed ex æquitate, & charitate: citat legem si quis à liberis. ff. de liberis agnoscend. Et ita D. Martinus dicit, quod doctores, qui dictam regulam posuerunt: scilicet, vt qui tenetur ex lege Iustitiæ, teneatur ad restitutionem, loquuntur de lege Iustitiæ speciali: verùm ego hanc regulam non reprobaui, sed limitaui verissimè: vt restringatur, quando lex obligat simpliciter: non autem procedat, vbi lex non obligat ad aliquid simpliciter, sed in subsidium, quatenus ille egeat, quia talis lex non obligat, pro præteritis, ad restitutionem: necessitas enim quæ iam præterita est, ob quam oriebatur obligatio, hodie cessat: sed vt supra diximus dominus Martinus, vt fugiat nostrum indissolubile argumentum, negat patrem teneri, filio ex lege iustitiæ speciali, sed ex sola æquitate: pro cuius opinione licet ipse non alleget, facit doctrina Sanct. Thomæ, in secunda secundæ, quæstione. 58. articulo. 7. ad primum,
2 quod inter patrem & filium, maritum & vxorem, dominum & seruum, non potest dici iustitia simpliciter: quia debet esset ad alterum: vt dicit Aristotel. 5. Ethicorum. Sed hæ personæ pro vna habentur: facit vulgata lex fin. C. de impub. & alijs, &. l. vix certis, & in. l. lis nulla. ff. de iudic. & idem S. Thom. in artic. 4. eiusdem quæstio. 58. sed hæc doctrina beati Thomæ, vt nos statim ostendemus, destruit opinionem D. Martini: quia hæc iustitia quęcunq; sit, obligat ad restitutio-

nem, vt patet ex toto titulo. C. &. ff. rerum ammota. & in. l. si quis vxori. ff. de furt. in. l. serui corrupti. ff. de seru. corrup. quia maritus potest compellere vxorem ad restitutionem eorum, quæ abstulit, constante matrimonio: & tenetur ipsa, & hæredes eius ad restitutionem in foro exteriori, & conscientiæ. Item & hoc destruit omnia dicta per D. Martinum: quia ex
3 eadem æquitate, & charitate, ex qua descendunt alimenta, debentur & dos, & legitima: sed in his pater tenetur etiam ad restitutionem, si iniustè eos priuet, vel exhæredet: ergo regula sua, & distinctio, an descendat lex ex æquitate naturali, vel ex rigore, nihil valet: putat. n. D. M. non esse legé ciuilé ea ratione, ꝙ ęquitate & ratione naturali sit statuta: in quo maximè errat, quia omnis lex ciuilis, seu positiua, in tantum habet de ratione legis, in quantum à lege naturæ deriuatur: vt per Sanct. Thomam in prima, secundæ, quæstio. 95. in articul. 2. quia, vt inquit Cicero, quem
„ ipse refert. Res à natura profectas, & à
„ consuetudine probatas, legum metus, &
„ religio sanxit. Alioquin vbicunque æquitas versatur naturalis, in lege ciuili non diceretur, oriri obligationem ex lege Iustitiæ: quod ridiculum esset, quod vbi per legem ex bono, & æquo agitur, cessaret lex Iustitiæ: vt in commodato deposito tutela, societate: vt in. l. bona fides. ff. deposit. & in. l. 3. C. pro soci. l. si seruus communis: quæ est. l. notabil. ff. de furt, per totum. & in criminalibus. in. l. respiciendum, &. l, aut facta. ff. de pœn. Optimus textus, in. l. prima. in princip. ff. si quis testato. liber. esse iuss. fuerit, ibi *naturalem in se potius, quam ciuilem habet æquitatem, siquidem ciuilis deficit actio: sed natura æquũ est, non esse impugnitum eum, qui hac spe audatior factus est.* Nam hæc quàm nunc citaui lex, ex æquitate inducta, Iustitiæ specialis est constitutio, quod nemo negabit: sic & furtum lege naturali prohibitum est, vt in diffinitione furti apparet. in leg. prima. in. §. final. ff. de furt. & in. l. probrum. de verborum significatio. & tamen, & actio furti, & condictio furtiua ex lege Iustitiæ speciali descendit, & vide quæ dicemus infra in monito sexto, huius partis, & est optimus textus, in. l. cũ res. C. si aliena res pignor. dat. sit, ibi, *ordinariam quidem actionem super pignore. non competere manifestum est. Sed tamen æquitatem facere, vt facilè vtilis persecutio exemplo pignoratitiæ detur.* Præterea, vt rem clariùs oiten
4 damus: falsum est, legem de alendis liberis vndecunque descendat, non esse legem specialem: quia est specialissima, vt ad sensum patet: & licet fundetur in æquitate naturali, nihil efficit. Nam aliàs nulla ferè diceretur lex Iustitiæ: cum omnes, vt dictum est, fundentur in æquitate naturali, maximè prætoriæ: vt in. l. quòd si ephesi. in fi. ff. de eo, quod certo loco. Nihilominus leges sunt prætorię speciales: & ita ius ciuile, est id, quo pater nunc compellitur filium alere, & per contrarium: vt in leg. ius ciuile. ff. de Iustitia & iure. vbi textus, inquit, *ius ciuile est, quod nec in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, ciuile efficimus.* Talis est lex Iustitiæ, quæ de alendis liberis est constituta, in titulo de liber. agnoscend. que non per omnia à iure naturali restringitur, sed ex moribus ciuilibus alimenta constituit: quæ lex, sicut & aliæ, speciales leges sunt, quæ non solum filijs primi gradus, sed & nepotibus, & alijs concedit: & non tantũ alimenta, sed & cætera omnia lex iubet, liberis à patre exhiberi: in. §. non tantum. in dict. l. si quis à liber. ff. de liber. agnoscẽ. Item vt non solum hi, verum eorum hęredes hęc pręstare teneantur, si sit magna egestas, vt. §. Item rescriptum est. Item quòd onus pertineat, vel ad lineam maternam, vel paternam non ne hoc iuris ciuilis, & lex specialis est? vt. l. nõ quemadmodum. ff. de liber. agnoscend. Item si facit filius artifi-

artificium, & sit nobilis, ex iure ciuili, cognitio hæc descendit: per Barto. in. l. fin. de mendicant. Vali. lib. 11. cum natura æquales omnes homines sint. vt. §. ius gentium, versicu. bella. de iure naturali. Et quod frater fratrem alat, non ne iure ciuili est constitutum? vt notat gloss. in. l. prima. C. de alend. liberis à parentibus, & in. l. si quis à liberis, in. §. vtrùm. ff. de liberis agnoscend. latiùs Tiraquellus. de Primogenit. quæstio. 4. numero. 33. Rippa, in. l. filiusfamiliàs in. §. diui. numero. 42. de lega. 1. Boeri. decisio. 129. &. 130.

Quod verò dicit Sanct. Thomas. non dici propriè iustitiam inter patrem & filium, maritum & vxorem, vt diximus, non impedit, obligationem restitutionis inter eos oriri, & in his casibus, quibus lis inter eos consistere potest, quin sit propriè iustitia, & quod idem Sanct. Thomas in eadem quæstione. 58. articulo. 7. dicit: inter hos esse quãdam iustitiam æco-
6 nomicam, idest, dum domesticæ res decidũtur: vbi verò ad iudicium deuenitur. iam est iustitia simpliciter: vt in leg. congruentiùs. C. de patria potest. quia id excedit potestaté æconomicam, & paternam: & vbicunque est iudicium, ibi est actus iustitiæ simpliciter, & specialiter: vt per eundem Sanct. Thomam. 2. 2. quæstione. 60. articul. primo. iudicium enim superioris, qui vtrumque valet arguere: & ponere manus super ambobus, vt verbis Sanct. Thomæ vtamur, ad iustitiam specialem pertinet, & ita iudicium inter patrem & filium ratione alimentorum consistit. Item si fingas emancipatum filium res expeditione erit vt in. l. final. C. de in ius vocand. Item in liberto qui egentem patronum alere tenetur. vt in dict. l. si quis à liberis. in. §. solent, vsque ad finem legis cum sequent. & in. l, fin. & quòd alimenta ex iustitia debeantur, probatur in. l. prima. C. de alend. libr. ibi, *Iustum.* Item debitum hoc est legale, ergo descendit ex lege Iustitiæ particulari, vt dicetur infrà. numer. 8. & expressé Sanct. Thom. secunda. secũdæ. questio.
7 80. dicit: debitum hoc legale quidem est: „
ad quod reddendum, aliquis lege Iustitiæ „
astringitur: & tale debitum propriè atten- „
dit iustitiam, quæ est principalis virtus: „
ergo alimenta debentur ex lege pura iusti- „
tiæ particularis, de qua Sanct. Thom. loquitur: quæ efficit: vt peti possit in iudicio: vt notat Caietan. in. secunda secundę. quæstio. 88. articul. 3. in principio: & patet ex diffinitione obligationis. in princip. de obligatiõ. vbi text. inquit, *Obligatio est iuris vinculum, quo necęsitate astringimur alicuius rei persoluendæ, secundum nostræ ciuitatis iura,* & ita opinio nostra quòd in obligatione in subsidium cesset restitutionis vinculum, intelligendo obligationem in subsidium, vt dicemus infrà in monito. v. est vera: neque quòd limitet, & declaret doctorum opinionem, propterea est contra communem: licet D. Martinus suam opinionem cõtrariam, dicat communem: idque non semel facit, etiam si nullus Doctor teneat suam opinionem, vt hic facit in fine.

Ex supra dictis & præcipuè ex doctri-
8 na Sanct. Thomæ colligitur fortissimum argumentum, vt clericus nunquã teneatur ad restitutionem malè expensorũ: quia nõ tenetur ex lege iustitiæ pauperibus quod sibi superest distribuere: si enim teneretur vbicunque obligatio ex lege Iustitiæ descendit, efficit secũdùm Sanct. Thomam, vt peti possit in iudicio: sed clericus compelli non potest per iudicem vt id, quod sibi superest, pauperibus largiatur, secũdùm eundum D. Martinum Nauar. in. 2. quæst. in monito. vj. cõtra Alua. de Pela. & Card. quos ante ipsum allegauimus in nostro libello de redditibus Ecclesiastic. in. 3. parte in cap. 4. nume. 7. in fine. Ergo non tenebatur ex lege Iusticiæ id facere contra D. Martinum. Et ideò cum lex Iustitiæ cesset, non possunt pauperes in iudicio id petere, nisi vbi extrema esset necessitas: vt latissimè

declaraui in meo libello de redditib. Ecclesiastic.in.3.parte in dicto cap.4.per totum:& hoc comprobatur ex regula quam constituit Dominic.de Soto, quæ videtur concordare cum supra dictis in libro.4. de iustitia & iure.in quæstio. 6. articul. 2. in.4.conclusio. vbi ponit hęc verba. Extat
„ deinde argumentum, quod restitutio in
„ foro conscientiæ non obligat, nisi illis ca-
„ sibus, quibus, si veritas publicè constaret,
„ obligatio secundùm leges oriretur in fo-
„ ro exteriori: at verò neque Papa, neq; Præ
„ latorum vllus, talis reum criminis compel
leret: illa, pacto restituere: nulla ergo est obligatio in conscientia. Sic in clerico cum nullus iudex eum compellere possit, malè expensa ex redditibus Ecclesiasticis restituere, ergo nulla est obligatio restituendi in conscientia: nam vbi aliquid debetur, ibi est actio, siue ius persequendi in iudicio: vt in. l. nihil aliud. ff. de actioni. & obligatio. & in prin. institut. de action. facit textus in. l. is cui. in. §. creditores. eodẽ titul. & l. creditores. & l. creditorum. ff. de verborum significatio. vbi ergo non datur ius persequendi in iudicio, ibi debitum non est: quod argumentum adeò vrget, vt credam malè aduersæ opinionis authores posse illi satisfacere: facit. l. actiõis verb. de actionib. & obligatio. & lex debitor. ff. de verborum significatio. optimus textus, in. l. pecuniæ verbum. in. §. final. eodem titul.

Summarium.

1 *Qvando lex iustitiæ obliget ad restitutionem.*
2 *Caietanus loquitur solum de patientibus extremam necessitatem.*
3 *Caietanus loquitur de lege iustitiæ speciali, contra D. Martinum, & de illa, quæ opponitur auaritiæ.*
4 *Officium iudicis, non producit obligationem.*

IN. III. monito, D. Martinus repræhendit nos, quòd defendimus, in extrema necessitate, ex lege iustitiæ, nedũ charitatis, teneri diuites, pauperibus subuenire, & id facere in iudicio compelli posse: quia dicit, id lege misericordiæ, non iustitiæ deberi, quæ versatur circa redendum legale debitum: & quia si ex lege iustitiæ tenerentur, si non subuenirent, ad restitutionem essent obligati: sed ne rem toties repetamus, ego satis, superque probaui in meo libello, in. 3. parte, in capit. 4. num. 3. oriri ex lege iustitiæ obligationem subueniendi pauperibus in extrema necessitate existentibus, alijs autem ex lege tantum charitatis: & quod dicitur si ex lege iusti-
1 tiæ, ergo tenerentur ad restitutionem: ego distinxi legem iustitiæ, quia lex iustitiæ obligat ad restitutionem, quando simpliciter, non autem in subsidium lex statuit: tunc enim non obligat ad restitutionem: vt diximus in præcedenti monit. & in dicto libello: quod non satis intellexit D. Martinus Nauarrus: nec respondet nostris fundamentis.

Item responsum, quod dat ad authoritatem Caietani, qui tenet nostram opinionem, apertissimè est falsum. dicit enim D. Martinus. quod Caietanus non loquitur de iustitia speciali, sed generali: quæ, vt ipse D. Nauarrus supra dicit, concurrit cum omnibus virtutibus: & sic videtur respondere, Caietanum loqui ex lege charitatis potiusquam iustitiæ, quod responsum sustineri non potest. Primo, quia lex charitatis sola non inducit actionem in iudicio. Secundo non esset differentia inter extremam necessitatem, pa-
2 tientes, & leuem necessitatem: sed de his qui patiuntur extremam, tantum loquitur Caietanus: et quoad istos, dicit interuenire legale debitum, ratione necessitatis extremæ: & debitum legale ibi etiã appellat. S. Thomas, scilicet, quãdo quis retinet alienum: ergo Caietanus nõ potest intelligi de lege charitatis, quæ est communis, & non

non patientibus extremam necessitatem. Tertio, quia Caietanus dicit, teneri ex legali debito, ergo non ex lege charitatis, quæ nõ producit debitum legale. Quarto quia expressè dicit, quod talis violat iusti-
3 tiam, & non liberalitatem: ergo loquitur de mera, pura, & simplici iustitia, cui opponitur auaritia, nõ verò de liberalitate: vt latè declarauimus dicto loco, in nume. 5. ex S. Thoma. 2. 2. quæst. 118. articul. 1. & 2. & D. Martinus fatetur, in quæst. præcedenti, monito. xxxiij. nume. 2. Ergo Caietanus loquitur de iustitiæ lege speciali, & specialissima: quicquid velit D. Martinus repugnantibus verbis Caietani in dicta quæst. 118. in artic. 3. dicit enim expressè hæc verba, „ Quia violatio legalis debiti, in diuitijs,
„ iustitiam violat, non liberalitatem: nescio
„ quomodo D. Martinus Caietanum contra verba clara, & expressa ipsi Caietani vult interprætari: cum appellet legale debitum, & dicat violare iustitiam eum, qui id non reddit. Hæc autem omnia quæ dicta sunt de legali debito ad actiones pertinent: *quia actio est ius persequendi in iudicio eius, quod sibi debetur*, vt in principio institu. de actio. nam vbi solum competit officium iudicis,
4 quod obligationem non præsupponit, vt Doctores dicunt, per. l. qui per collusionem. ff. de action. emptio. & vendi. licet ille text. loquatur de officio iudicis mercenario, donec ad iudicem eatur: non potest considerari restitutionis obligatio: vt in l. cum postulassem. ff. de damno. infect. & idem contingit in contractu valido gesto cum minore: licet detur in integrum restitutio, vt non teneatur restituere, qui cum minore contraxit, donec minor in integrum restitutionem petat: contrarium tamen erit, si contractus sit nullus, vt in donatione: quia tunc actionis iure tenetur donatarius, vel vbi dolus interuenit: vt de vtroque est textus, in. l. in causæ. 1. ff. de mino. nisi retentio sibi competat in contractu nullo, putà emptionis ad pretium datum, in quo minor effectus sit locupletior: de quo videnda sunt quæ dixi, in libello de redditibus Ecclesiast. in. 1. parte, in cap. 2. numero. 4. 5. & 6.

Summarium.

1 *Error D. Martini.*
2 *Communia esse omnia in necessitatibus, quomodo intelligatur.*
3 *Pauperi extrema patienti datur actio, & quæ actio ea sit.*
4 *Regula id quod nostrum est, qualiter intelligatur.*
5 *Factum iudicis, & factum partis æquiparantur.*
6 *Finita necessitate, an teneatur restituere ille, qui ob necessitatem accepit.*

IN. IIII. monito D. Martinus, vt comprobet suam opinionem, quam in præcedenti monito tenet, dicit, veriorem esse „
eam: neminem fieri verum dominum rei, „
qua eget, ad liberandum se ab extrema ne- „
cessitate: licet iustè possit eam accipere, „
etiam authoritate propria, & ea vti, qua- „
tenus esset ad id necessaria, quàm opinio- „
nem contrariam: sed quod pace eius dixe- „
rim D. Martinus non intellexit Doctorum opiniones: non enim volunt Docto-
1 res, quòd efficiatur dominus, in extrema necessitate existens, ipso iure: nam neque earum rerum, quarum dominium vacat, quis efficitur dominus, ante appræhensionem: vt in. §. feræ institut. de rerum diui. vbi text. inquit, *Feræ igitur bestiæ, & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ mari, cœlo, & terra nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt, quod enim ante, nullius est: id naturali ratione occupanti conceditur.* Cogimur à domino Martino prima principia repetere: & quod dicetur in necessitatibus omnia esse communia, non in-
2 telligitur, vt ipso iure acquirãtur: sed eo modo quo iure naturali acquiritur dominium, scilicet, per appræhensionem, non obstante priori, quod alius habebat dominio: & ita debẽt intelligi, quæ dicit S. Thomas, in. 2. 2. quæst. 32, artic. 7. ad tertium, &

artic.8.ad primum,& quotlib. 5. quæst.9. artic.17.& Cardin.Turrecrema. & in cap. quam ob rem. de pœnitent. distinctio. 1. &in c.singulis.3.colum.86,distinctio.quæ hîc refero,licet in libello de redditibus Ecclesiast.retulerim,in.3.parte.cap.4.num.3. quia in prima impressione Romę facta,fuit erratum in his allegationibus, & ita diximus, pauperi dandam actionem, vbi extrema patitur: non vt ipso iure fiat dominus,sed vt actio personalis,non autem vendicatio ei competat.

3 Quæ autem actio sit,vt nihil intactum relinquamus, dicimus: quòd erit cõdictio ex lege ciuili,quæ inuenit actiones ex ratione naturali, diuina, & iure gentium, vide quę notat Bartol.in.l.1.ff.de condict.ex lege. condictiones autem,esse actiones personales certum est.§.appellantur.de actio. institu.denique appræhendere potest pauper in extrema necessitate existẽs,id,quod sibi est necessarium:& appræhensione dominus efficietur:etiam renuente eo,& inuito,in cuius bonis,&dominio res prius erat: ante apprehensionem tamen debitum sibi est,non tamẽ ipso iure est suũ:quippe ante appræhensionem non quæritur ei dominium.

4 Neque obstat argumentum D.Martini Nauarri,scilicet:id,quod est vnius, sine voluntate ipsius, alterius effici non potest: quia verum est, nisi lex ex iusta causa id efficiat: nam bona quæ confiscantur, mutant dominium inuito eo,qui priùs dominus erat,aliquando ipso iure, aliquando per executionem: vt cap.cum secũdum leges. de hæretic.lib. 6. & in.l. donationes in concubinam.in.§.fina.ff. de donationi. & in.l.commissa.ff.de publica.& vectigali.&.l. qui pœnæ.ff. de manumissioni. & in.l. deportati. C. de bono.proscripto.seu damnato.& condemnatus furti ad quadruplum,dominium suę rei inuitus amittit:nã legis executio facta à iudice, & factum par
5 tis æquiparantur: vt est textus notand. in l.prima.C. si in causam iudicat.pign.capt. fit.cuius verba, quia est optima lex, referam:inquit textus, *Res ob causam iudicati datas,eius iussu, cui ius iubendi fuit, pignoris iure teneri, ac distrahi posse, sæpe rescriptum est:nam inuicem iustæ obligationis succedit ex causa contractus, auctoritas iubentis,* & est text.in.l.si ob causam. C.de euictioni. facit tex.notand.in.l.seruus hac lege.ff. de manumissio.not.Barto.in suis quęstionibus,in.1.quæst.nume.12.facit quæ notat idem Barto.in.l.3. C.de pignori.nume. 23. facit text.in.§.fina.institu. de offic. iudic. vbi iudex potest mutare dominium: facit text.in.l.qui restituere.ff.de rei vendic. & l. iustè possidet.ff.de acquiren. posses,&.l. generaliter.ff.de noxali.actio.optima glo. in.§.creditor.instit.quibus aliena.licet,vel non.Et tradit Tiraquell.de vtroq;retract. in prima parte,in.§.1. in gloss.14.nu.13. & vide quæ tradit ipse in tracta.de iur .con-
3 stitut.in.3.parte,in.17.limitatio.deniq; ratio D. Nauarri: quòd id quod nostrum est, sine voluntate nostra auferri non potest, nihil valet: quia ex causa potest auferri,& à lege,& à iudicẽ,& à parte,ex legis permissione, vt in specie proposita.

Quod vero D. Martinus ait, sufficere,vt succurratur extrema patienti,commodando, vel locando ei,& ita sufficit,rem illam acommodare, qua pauper eget, etiam non tradendo dominium illius:vt sentit S.Thomas,in quotlibet.5.in quæst.9.arti.17.non obstat: quia in quæstione proposita, nos loquimur de patiente extremam necessitatem, ita quòd ei non subueniatur aliquo modo: & ideò, inuito domino,potest dominium ei auferri,& agi contra eum: ipse verò loquitur in casu contrario, scilicet, quando iã cessat extrema necessitas:quod, quàm extra propositam quæstionem sit, omnibus constat.

6 Possem hic agere,an, cessante postea necessitate, pauper ille teneatur domino rem restituere, & breuissimè:ego sic dicerem, quòd si res fuit in extrema illa necessitate consumpta, ad restitutionem non obligetur, aliquo modo pauper: secus si diues sit, licet eo tempore abiens rerum suarum

suarum fuerit egenus: nam ille prior rem suam consumpsit,si verò stat, vt in exemplis D. Nauuari, vt si vestem præciosam accipit propter extremam in frigore necessitatem:tunc puto, quod rem restituere teneatur, quod est de mente Dominic. de Soto,in lib.4. de Iustitia & iur.in quæstio. 7.articu.1.colum.penult. & fina.licet eum reprobet iniustè D. Martinus in suo Manual. confesso.in cap.17.in nu.61.posset tamen iudex, ob criminis culpam, quando succurrere,extrema patienti,noluit, quod maximum crimen fuit,vt in.l.necare.ff.de liber. agnoscend. & cap. pasce fame morientem. Et stellioniatus crimine tenebatur:vt in.l.3.ff.de crimine stellionia. existimare,vt res illi non restituatur:sed hoc iudex,multis circunstantijs consideratis, facere poterit:facit text.in lege anonam. ff. de extraordi.crimi.&.l.sunt quædam.eo. titulo.& vt in pœnam posit eare priuari, est optimum argumentum in.l.2.C.de infanti.exposi.& in.l.vni.in.§.sed scimus.C. de latin.liberta.tollend.illud autem certũ est, id quod pauci valoris fuerit in vsum vestium, vel alimoniæ impẽsum,repeti nõ posse:sed id quod maioris quantitatis fuerit,quasi id mutuatum sit: argument. text. notabi.ex quo videtur hoc decidi in.l.fin. C. de captiu. & post limi. reuers.licet loquatur de eo,qui sponte concesit.

Quod verò D.Martinus, de pictore agẽte viginti mulos panibus coctis onustos,inquit,quod pauper in extrema necessitate constitutus fieret dominus omnium, eadẽ ratione,qua vnius,verum nõ est:nã necessaria ei, qui extrema patitur,non verò superflua esse tribuenda,Doctores dicũt,& ideo tantum fieret dominus illius panis, quem ad manducandum appræhenderet:ex quibus apparet, opinionem nostram verisimã esse, non obstantibus D. Martini leuibus obiectionibus.

Summarium.

1 A *limenta præterita non debentur, quando obligatio inducitur à lege.*

2 *D.Martinus non satis intellexit, quid sit teneri in subsidium.*

IN.V.monito reprehendit D.Martinus, dixisse nos: quod licet obligatus lege iustitiæ simpliciter, si tempore opportuno non soluat,teneatur ad restitutionem: non autem ille qui non obligatur simpliciter, sed tantum in subsidium: vt est pater, qui alere filium tenetur non ad id simpliciter, sed ita demum si se filius exhibere non possit,ideò si hoc non fecerit, pater non tenetur ad restitutionem: cessat enim necessitas ratione præteriti temporis,propter quã parens tenebatur: sed D. Martinus dicit, istam nostram interpretationem esse falsam. Primo, quia non probatur hæc nostra opinio aliqua lege,Secũdo, quod actiones subsidiariæ obligant ad restitutionem, vt ipse probat ex actione in factum subsidiaria, quæ in multis causis oritur, vt vulgatum est,& ipse deducit:sed vt vnico verbo respondeamus.

1 Ad primam dicimus, probari per rationes, & cõmunem doctorum omnium opinionem in.l.de alimentis. C.de transactio. dicentium,alimenta præterita peti non posse, quando à lege debentur: vt in dicto libello ostendimus, & probatur per textum expressum in.l. si quis à liberis.in. §. sed si filius.ff.de liber.agnoscend. vbi si filius potest aliàs sustentari,non debentur ei alimenta, sed pro præterito tempore iam est sustentatus: ergo non debentur ei, nisi propterea æs alienum contraxit, vt per Doctores in dicta. l.de alimentis.

2 Quoad secũdum dicimus, qd D. Martinus fallitur in multis iuris notissimis principijs,& ideò nos non intellexit:nã loquuti sumus de eo,qui tenetur, nõ simpliciter, sed ita demum, si ille cui debentur alimenta, sibi suppeditare non possit, vt ex supra dictis apparet: & ad hoc allegauim⁹ textũ in dicta. l. si quis à liberis.in.§. sed *si filius possit se exhibere, æstimare iudices debent, ne non debeant ei alimenta decernere:* & ita locuti sumus de alimentis quæ debent dari in subsidium eis,qui se alere non possunt:

& ita text.in.l. filia tua. C.de patr.potesta. appellat subsidium vitæ,quod quid commune habeat cum subsidiarijs actionibus, non video quæ in defectum directarum cõpetunt:nam ego de his non sum loquutus, neque vnquam ignoraui: non enim res est obscura,quòd sint actiones subsidiariæ,vt vtiles omnes actiones,quæ in defectum directarum cõpetunt,quando ex legis mente,vel ex æquitate,non ex verbis dantur:vt in.l.2.in.§.quanquam.ff.aqua plu.arcend. &.l.quoties.ff.de præs. verb.&in.§.cæterum.institut. de leg.Aquil.vbi gloss. & in factum in subsidiũ vtriusq;, vt ibi quæ eandem vtilitatem, quam directæ afferunt,licet in multis differant: de quibus Bart.in repetitio.l.1.C.&.ff.de actioni. & obligatio. glos.& Doctor.in.l.ex legato.nominis.C. de legat.qui dicunt, actionem vtilem esse datiuam, non natiuam,expressa existente materia:vt in.l.iuris gentium.in princip.ff. de pact.Deniq; ego loquutus sum de actionibus competentibus in subsidium personarum,non autem de illis,quæ in subsidiũ aliarum actionum competunt.

Summarium.

1 *AD id,quod quis ex lege sola charitatis tenetur,non potest per iudicem compelli.*

2 *Falsus est D.Martinus, quod putat, non esse legẽ iustitiæ,vbi subest æquitas naturalis.*

IN. VI. monito,D.Martinus nos reprehendit in eo,quod dixerimus:illum,qui ex sola charitate, ad aliquid tenetur, non posse ad id per iudicem compelli: quod
1 licet repræhẽdat dictus D.Martinus, verissimum tamen est:quia solum debitum legale est id, quod in iudicium potest deduci,vt supra ostendimus circa monitum.ij. &.iij.huius secũdæ partis:sed debitũ legale producitur à lege iustitię,& non à lege charitatis,vt ibi ostendimus:ergo vera est opinio nostra, et falsa opinio D.M.N.non obstat,quod ad subueniẽdum pauperibus in extrema necessitate existẽtibus,possit quis per iudicem compelli: quia vt supra diximus,& nunc repetere à D.Martino compellimur, in ea specie obligatio descendit ex lege iustitiæ, non ex lege misericordiæ sola,& est debitum legale: vide quæ supra diximus circa dictum tertium monitum huius partis.

Ad id verò quod D. Martinus.N. dicit, vbi æquitas suadet,dari actionem:vt.in.l.si me,& Titium.ff.si certum petat. Respondemus,nihil inde sequi,quod nostræ opinioni aduersetur: quia actio illa ex debito legali,& ex lege iustitiæ descẽdet, nõ autẽ ex sola lege charitatis actio dabitur: nunquã. n. lex charitatis sola actionẽ parit,vt apparet ex his quę supra diximus in ista secunda parte circa monitũ.ij. sed putat forte D. Martinus, quod vbi actio æquita-
2 tis ratione competit non à iure, vel iustitia, sed à lege charitatis ea actio descẽdat:tamẽ Vlpianus aliud existimat,cum ius(quod à iustitia deriuatur) dicat esse artẽ boni,& ęqui:in leg.1.ff.de iusti.&iur.& Diuus Basili.in principio prouerbiorum inquit, Iustitia est quædam insita,innataque nobis » æqui distributio:quasi in tutelis, & pro socio,& deposito,quibus ex bono,& æquo proceditur, actiones ex lege iustitiæ non oriantur: quod ridiculum esset, & contra text.expressum,in.l.indebiti cõdictio. ff.de condictio.indebit.in principio: & in l.eas obligationes. cum ibi notatis. ff. de capit.diminu, sed id putasse D. Martinum Nauarrum,ex verbis eius constat: cum tamen nihil sit in iure ciuili,ex quo actio producatur, quod ex lege iustitiæ non descendat:nam, vt dictum est,*ius à iustitia deriuatur*:vt inquit Vlpianus,in.l.1.in principio. ff.de iustitia & iur.vltimo D.Martinus. N. laudat maximè Aluarum de Pelagio,& iure certè, sed cum meliùs quam alijs suam quæstionem disputauerit, nunquam eum citauit,donec nos eum allegauimus: quod idem sibi contingit in Petro de Soto,vt patet in sequenti monito.nu.1.in fi.

Summarium.

1 *DOminus Martinus transcribit hîc multas paginas.*

2 *Stan-*

2 *Stãtibus cõsuetudinibus, opinio D. Martini non est communis.*

3 *Omnia fundamenta D.Martini vno verbo dissoluuntur:quia præsupponit falsum.*

4 *D.Martinus falsè imponit nobis.dixisse,clericum non peccare,profanè suos redditus Ecclesiasticos insumendo.*

5 *Falso etiam imponit nobis responsionem, quã nos dedimus.*

IN. VII. monito, D.M. repetit plura quę pluries ab eo dicta sunt:&trãscribit
1 multas paginas ex suo libro de reddi.Ecclesiast.in.2.q.nu.1.cum sequentib.cum omnibus fundamẽtis ibi positis:licet mutet ordinem,& alleget plura,quæ à nobis habuit in dicto nostro libello: & quatenus dicit esse opinionem suam communem, quòd clericus teneatur ad restitutionem malè expẽsorum ex redditibus Ecclesiasticis: licet verum id sit,solo iure cõmuni antiquo attento:attentis tamen consuetudinibus, & iure nouo.cap.1.de cleri.non residentibus.
2 lib.6.hęc non est communis opinio:vt diximus in nostro libello. in.2. parte. cap.1. nu.4.& in cap.6.latiùs:vbi plures allegauimus,quos D.Martinus transcribit à nobis, & à.R.D.Episcopo Segobiens.exceptis aliquibus ex Theologis, quos ipse allegat. Quatenus vero contendit suæ opinionis fuisse S.Thomam,latè supra ostensum est, id falsum esse:vt latè diximus in.1. parte, circa.xl.monitum.D.M.

Sed videamus nunc,quibus rationibus opinio D.Nauarri, imponentis obligationem restituendi nitatur, omissis authoritatibus.Prima est,& potior, quòd nõ solùm qui accipit,vel retinet iniustè alienum, tenetur ad restitutionem:verùm qui in distribuendis communibus,quibus sunt distribuenda, minus distribuit: talis est clericus secundùm D.Martinum,qui, quæ sibi supersunt,pauperibus nõ distribuit: sed hoc est falsum:quia diuisio, cõmunia, pro parte quæ contingit,facit propria:vt latissimè in prima parte,circa monitum. xlij. ostendimus:& idem efficit separatio partis clerici per erectionem beneficij: ergo non est verum teneri clericum ad restitutionem, cum sua expenderit,Item dicit D.Martin⁹ quod qui recepit cum onere dandi, tenetur ad restitutionem,si non det, sed clericus cum hoc onere accepit, ergo tenetur ad restitutionem:falsum quidem est,quòd acceperit cum onere dandi, vt supra osten
3 dimus.Item argumẽtatur D.Martinus,qui furtum committit, tenetur ad restitutionem:sed clericus committit furtum nõ largiendo pauperibus:hoc falsum est, ex diffinitione furti,in. §. furtum,de oblig.quę ex delicto nasc.vbi dicitur, *Furtum est contrectatio rei alienæ, vel eius vsus*.quia dominiũ, & vsus redditiuum beneficij ad clericũ pertinet:cap.1.de cleric.non residẽt. libro.6. quòd autem sint hæc bona Domini nostri Iesu Christi,non efficit,vt non sint fructus clerici:vt supra in præcedenti parte latè dictum est:sed hîc & vbiq; D.Martinus omnia repetit: quod verò contendit cum D. de Soto:an decimæ sint etiam ob alium finem quam Ecclesiarum seruitium, sacrorumque sacramẽtorum administrationem concessæ, non est opus hîc discutere: cum ad decisionem quæstionis, de qua agimus, hoc nihil concludat. Argumentatur præterea D.Martinus hoc modo: qui frangit legem iustitiæ, ad restitutionẽ tenetur: clericus autem qui ea, quę sibi supersunt, non distribuit pauperibus, frangit iustitiæ legem:ergo tenetur restituere. Sed nos iam sæpè respondimus,falsum esse,frangere iustitiæ legem. Et ita minor est neganda,quia non est verũ(quod iterum repetit) quòd frangat legem de non furando. Aliud verò argumentum scilicet magis teneri clericos quàm laicos ad eleemosynas, verũ est, ex lege charitatis,sed non ex lege iustitiæ: neq; est verum,æquè leges charitatis obligare laicos,ac clericos, data ęqualitate terminorum: nam data inæqualitate vt ipse ponit,fallax est argumentum.

4 Item notandum est, quod immerito in hoc monito.vij.in nu.9.D.Martinus mihi imponit,dicendo:omnes præter me, cõcedere,peccare mortaliter beneficiatos, qui

vanè, & profanè expendunt redditus Ecclesiasticos, sed falsum est, me non fuisse eiusdem opinionis: cum in nulla parte mei libelli, hoc me negasse, reperiar: nec ipse locum citat, imò sæpe cõtrarium asserui, vt ostendi supra in primo capite partis præcedentis: & nescio qua colore vel causa id asserat D. Martinus: cum supra in hoc eodem monito, in num. 7. in medio referat me dicẽtem, maius peccatum committi in abusu redditiuum Ecclesiasticorum, quàm aliarum rerum: item fingit, me respondere
5 in isto num. 9. ad argumentum suum: scilicet, quod clericus transgreditur legem iustitiæ, tenetur ad restitutionem: respondere me inquam fingit, quod non omnis lex iustitiæ obligat ad restitutionem: quia nunquam ad istud argumentum hoc respondi: sed semper negaui, & pernegaui, transgredi legem iustitiæ à clerico, qui malè fructus sui beneficij expendit: nam illã distinctionẽ feci in alio proposito: loquendo de obligatione subsidiaria, alendi aliquem in subsidium, quòd se sustentare nõ possit: vt apparet ex his, quæ diximus circa monitũ. 2. istius secundæ partis. Rursus idem repetit quod dixerat in monito. j. vbi nos ei respõdemus: & ex ibidem dictis apparet falsitas suarum opinionum: item repetit iterũ, quæ dicta sunt ab eo millies, circa diuisionẽ bonorum Ecclesiasticorum, & eadem quæ dixerat de concilio, & omnia alia, quibus satis superque in nostro libello est satisfactum, & supra in præcedenti priori parte.

Octauũ monitum repetitio est.

Summarium.

1 *Dominus Martinus imponit, vt solet.*
2 *D. Martinus malè intellexit S. Thomam.*

NOnũ monitum integrum transcribit D. Martinus ex dicto libro. 2. q.
1 versic. Secundum fundamentum. nume. 8.
„ pag. 181. Et ita inquit, nihil obstare secundũ
„ aduersæ partis argumentũ: videlicet, quòd
„ qua ratione præsides, Magistratus, & alij
„ ministri regis possunt liberè disponere de stipendijs, & salarijs suis sine restituendi „
obligatione: eadem ratione beneficiati po „
terunt disponere de prouentibus redditu- „
um sibi deputati quod ipse reprobat. Sed „
1 ego hoc argumentum nũquam feci: nescio an me sub aduersæ partis nomine velit cõprehendere: me enim solet nota. N. significare: & licet possem cũ nota. M. eũ nominare, cum malè semper me repræhẽdat: nõ tamen commitam, vt suo nomine D. Martinum non appellem: sed credo, noluisse id de me intelligi, cum dicat aduersæ partis secundum argumentum, quia in secundo argumẽto quod ego posui in meo libello de redditibus Ecclesiast. in. 4. parte, in cap. 1. in nu. 1. nullum verbum dixi de hoc. & in. c. 6. eiusdem partis, in num. 2, vbi posui aliud secundum argumentum, nihil etiam tractaui, quod ad hanc rem pertineret, nec in. c. 2. eiusdem partis, nec in. 5. nec potest D. Martinus hoc colligere ex his, quæ dixi contra eum, in. 2. parte dicti mei libelli, in capit. 2. vbi tractaui de salarijs Præsulum, & Decurionum: ibi enim ego nõ dixi, quòd eadem ratiõe, qua possunt disponere præsides, vel Decuriones de suis salarijs, possunt clerici disponere de suis redditibus. Sed respõdendo ad falsam interpretationem quam ad S. Thomam in. 2. 2. q. 43. ponit. D. Martin⁹ dicendo, S. Thomam esse suæ opinionis, „
2 quia dixit: quemadmodum bona ciuitatũ „
commendata sunt præsulibus, & Decurio „
nibus earum: ita bona Ecclesiastica sunt cõ „
missa Prælatis earum: ego respondi, quod S. Thomas ibi non loquitur de redditibus assignatis mensæ prælatorum, sed de alijs bonis Ecclesiæ, quæ sunt in administratione Episcoporum: vt cap. quisquis Episcopus. 12. q. 2. cũ alijs ibi per me allegatis, aliàs inepta esset comparatio Decurionum cum Episcopo: cum Decurio non possit se sustẽtare de bonis ciuitatis, sicut Episcopus de bonis suæ mensæ sustentatur: quia ille nõ habet mensam: nam si haberet salarium cõstitutũ, de eo possit disponere. Item respondi, quòd in illa quęstione S. Thomas loquitur de defensione bonorum, ab iniuria, quę illis

illis infertur: quia debet Episcopus defendere bona Ecclesiæ, sicut Decurio bona ciuitatis: sed quoad fructuum consumptionem, ibi non tractat S. Thomas: sed in. 2. 2. in. q. 185. art. 7. sæpius allegata: in consumptione autem quoad legem iustitiæ, pares essent Decuriones in suis salarijs, & clerici in suis redditibus: licet quoad legem misericordiæ longè distent: vt sæpissimè dictum est, & hęc omnia adeò ex verbis beati Thomæ clara sunt, vt operæpretium nõ sit, hac in re longius immorari.

Summarium.

1 *De intellect. cap. mos, & cap. gloria Episcopi, & infra nume. 3.*
2 *Ad hospitalitatem tenetur Episcopus, ex lege charitatis.*
3 *Laici etiam ad eleemosynas tenentur.*

IN. X. monito D. Martinus repræhendit nos, dicendo, quod infirmè respõdimus ad cap. mos. & cap. gloria Episcopi. 12. quæstio. 2. scilicet, vt loquantur illi tex. de lege charitatis: in quantum in dict. c. mos. Episcopo, & familię eius datur quarta pars
1 de fructibus Ecclesiæ, propter hospitalitẽ, & susceptionem, alia verò pauperibus, alia clerò, alia pro reparandis Ecclesijs: quæ solutio D. Nauarro nõ placet: ego tamen credo eam esse verissimam: quia credendũ est,
2 Episcopum hospitalitatem, sicut alia opera charitatis seruare debet, seruaturum: sed quòd ad id, lege iustitiæ, teneatur, non est verum, nec obstat quod D. Martinus dicat, grauamen, & onus sibi per illam dictionem, *propter*, imponi: quia omnibus Episcopis hoc impositum est, lege charitatis, vt hospitales sint: & illa verba, *propter hospitalitatem* interprætari debent, non dispositiuè, sed enunciatiuè, vt possit hospitalitas seruari, quæ nõ tam redditibus, quam Episcopo est imposita, sicut & alia charitatis opera: & ita non obligationem nouam text, ille inducit: nam pater pauperũ appellatur: quia ita debet in charitate iecisse radices, vt pauperes omnes tractet, vt filios, & ad istam interpretationem facit text. in. l. pater filium, in. §. fundũ, in versic, ita enim fiet. ff. de lega. 3. & vide quę dicam in. l. Gallus in principio. nume. 33. cum sequentib. ff. de liber. & posthum. Et hanc interprętationem iuuat text. in dict. capitu. gloria Episcopi, inquit text. *Gloria Episcopi est pauperum opibus prouidere.* Gloria autem nõ ita versatur in operib⁹ iustitiæ, sicut in operibus charitatis: quòd enim nõ sit latro, nõ homicida, non fœnerator, nulla gloria est: esset autem si opera misericordiæ maximè impleret: ergo si aliena sunt, quæ sibi super
3 sunt, nulla gloria Episcopi esset, si ea restitueret; loquitur ergo de operibus charitatis, & non iustitiæ, quia ex lege iustitiæ nõ tenetur. Alia vero, quæ dicuntur in illo capite, ex Diuo Hieronymo recipiunt illam interpretationem, quam ponit D. Dominicus de Soto, nam eadẽ de laicis dicunt sancti: vt apparet ex authoritatibus, quas in dicto nostro libello. 4. parte, in cap. 5. num. 6. in versi. 5. & 6. imo & ex Euripide vt diximus supra, in. 1. parte, circa. 13. monitũ: quos lege iustitiæ, nisi in extrema necessitate, nõ teneri ad eleemosynas, certum est; licet ex lege misericordiæ sæpe teneãtur, vt in illo cap. latiùs docuimus, & quod D. Martinus dicit, Episcopũ magis tenerifacere eleemosynam, quam laicũ, nos sæpissimè asseruimus: sed id esse ex lege iustitiæ, non est verum: sed ex lege misericordiæ, seu charitatis, vt & Dominic. de Soto asserit.

Summarium.

1 *Dominus Martinus nos repræhendit sine causa.*

IN. II. monito D. Martinus iterũ, atque iterum redit ad materiam diuisionis: & vt verum fatear, nescio quid sibi velit, cum nos repræhẽdat: nec alleget locum in quo nos id dixisse arguat, videam⁹ verba ipsius.
1 XI. Moneo, quòd Præfatus. N. in cautè „
significat, me dixisse: diuisiones bonorũ „
Ecclesiasticorum hactenus factas, esse sine „
causa iusta ordinatas: cum ait non posse ne „
gari diuisiones fructuum, & erectionem be „
nefitiorum ab Ecclesia iusta de causa, esse „
factas

" factas: illa videlicet, quã nos expresimus
" de impediẽda discordia, quam communio
" parere solet, vel alia incautè inquam, hoc
" significat: quoniam argumẽtum nostrum
" non prætendit concludere, absolutè diui-
" siones illas fuisse, absq; iusta causa factas,
" sed disiunctiuè, quòd fuerunt factæ sine iu
" sta causa: quod non erat dicendum, vel nõ
" ea intẽtione, vt absolutiorem potestatem
" haberent, Episcopus, & clerici, post diuisio
" nem in suis partibus, quàm Episcopus ha-
" beat ante diuisionem in omnibus. Hæc sunt
verba D. Martini: videamus quæ ego dixi
in libello de redditib. Ecclesiast. in. 4. parte, in cap. 2. in nu. 2. in versic. quarto, vt in-
" quit D. Nauarrus, in. q. 1. nu. 39. vel eorum
" intentio, qui huiusmodi diuisiones primi-
" tus induxerunt, fuit iniusta, quod creden-
" dum non est, vel certè fuit, vt vnusquisque
" de sua portiõe posit disponere, illo modo,
" quo ante diuisionem Prælatus poterat de
" vniuersis, &c. Hæc sunt verba nostra, in quibus ego existimare non possum, quid à me D. Martinus exigat: quod non præstiterim, quid me dixisse vult, quod in hac parte non dixerim: vel cuius intẽtionis D. Martinus fuerit. Quoad id verò quod D. Martinus dicit, me ineptè de intẽtione præcepti, & legis locutum fuisse: & remittit se ad ea, quæ dixit in quæstione præcedenti: nos iã satis de hoc diximus, ideò non repetemus, nec curamus, ineptos nos passim à D. Martino appellari.

Summarium.

1 *Comparatio bonorum, in cap. si Episcopi. cum dote, mariti, est optima, contra D. Martinum.*

2 *In pluribus maritus, & Episcopus sunt similes, & bona dotalia, & bona mensæ Episcopalis.*

3 *Bona paraphernalia, & bona Ecclesiæ, quæ non sunt de mensa Episcopi, cõparãtur.*

1 IN. XII. monito repræhẽdit nos D. Martinus. N. nouè comparasse beneficiatum in redditibus sui beneficij, marito in bonis dotalibus: dicit enim D. Martinus, in bono rum dotalium alienatione non requiri eãdem solẽnitatem, & causam, quæ in rebus Ecclesiasticis requiritur: & quòd maritus liberè de dotis fructibus disponere potest, non autẽ beneficiatus, de fructibus sui beneficij. Sed licet D. Martinus nos repræhẽdat, potius ipse dignus est repræhensione: nam quod in dicto nostro libello comparauimus Episcopum, in suæ mensæ portione, marito, in dote sibi constituta: iure id fecimus: nam loquendo de Episcopo, principaliter fecimus dictam comparationem, & ad beneficiatos postea descẽdim⁹, & aliud, simile adduximus: & in eo quod nos cõparauimus, optima est similitudo, licet in alijs differant: nam sicut inter maritum, & vxorem contrahitur carnale matrimoniũ, ita inter Episcopum, & Ecclesiam spirituale. vt in cap. inter corporalia. de translatio. Episcop. vel elect. licet ius ipsum intelligat, in multis differre: cũ fieri soleat translatio Episcopi de vna Ecclesia ad aliam, vt per tot. de translat. Episco. licet non posit fieri de vna vxore ad aliam: sed hæc differentia non efficit, vt non sit bona cõparatio: sufficit enim vt similitudo adaptetur in eo, de quo quærimus: licet in alijs multis differant: vt latiùs supra diximus, in parte præcedẽti, circa monitum. xxxv. quòd autem optima sit comparatio inter Episcopum, & suam Ecclesiam ad maritum & vxorem, licet vt dixim⁹, sufficere deberet, quòd hęc comparatio sit à iure, dicente: quod sicut inter maritum, & vxorem contrahitur matrimonium carnale, ita inter Episcopum & Ec
2 clesiam spirituale: vt in dicto cap. inter corporalia. ex alijs, etiam multis potest cõprobari hæc eadem comparatio. Primo quod Episcopus habet mẽsam separatam ab alijs bonis Ecclesiæ, sicut maritus dotem separatam ab alijs bonis vxoris, quæ paraphernalia dicuntur. vt in. l. pro oneribus. C. de iure dot. iunctis legibus, quæ de his paraphernalibus loquuntur, in. l. maritus. in principio. ff. ad, l. Falcidi. & l. si ego. in. §. dotis autem, & in. §. planè, vsque ad fi. legis. ff. de iure dot. & in. l. hac lege. & in. l. finali. C. de pact.

pact. conuent. & declarat Azo. in summa. C. de iure dot. Item, sicut Episcopus aliorũ
3 bonorum Ecclesiæ extra suam mensam, & ita eorum quæ sunt extra suam dotem est administrator, & sibi res ipsæ traduntur, & instrumenta: vt ca. Vulteranæ. & cap. concesso. in fin. & cap. statuimus. & cap. quisquis. 12. q. 2. & melius in cap. Episcopus. & cap. præcipimus. 12. q. 1. Sic maritus, traditis sibi scripturis ab vxore, rerũ paraphernalium est procurator: vt in. l. fi. C. de pact. conuent. Imo regulariter maritus, citra mãdatum, in rebus vxoris potest, vt procurator in iudicio interuenire: vt in. l. maritus. C. de procurator. Et sicut maritus interdicta sibi administratione in totũ, vel in parte, tacitè, vel expresè, non se intromittit in bonis paraphernalibus: vt probatur totũ hoc in dicta. l. si maritus: ita Episcopus hodie nõ se intromittit in administratione rerum Ecclesiæ, quæ nõ suæ, sed aliorũ mensæ sunt applicatæ: vt in præbendis canonicorum, & in aliorum beneficiatorũ bonis. Item sicut fundum dotalem, per legem Iuliam alienari, est prohibitũ à marito: vt. ff. de fund. dot. per tot. & C. eo. tit. ita & res Ecclesiæ sunt prohibitæ alienari ab Episcopo: vt per tot. tit. de rebus Ecclesi. non alienand. Rursus sicut soluto matrimonio inter virum, & vxorem, dos restituenda est vxori: ita dissoluto matrimonio spirituali, inter Episcopum, & Ecclesiam, vel morte, vel translatione legitima, debẽt bona, quæ Episcopus in dotem, siue pro mensa sua habuit, restituere: vt per tot. solut. matrimonio. C. & ff. l. fina. C. de iure dot. vt cap. qui cũq;. & cap. sacerdotes. 12. q. 4. & quidem cum damno quod in eis intulit, qui & exigit, quod de suo expendit: vt de impens. in reb. dot. fact. per tot. & in dicto cap. quicũque. Item sicut tex. in cap. præcipimus. 12. q. 1. inquit, *Præcipimus vt in potestate sua res Ecclesiæ Episcopus habeat: si enim animæ hominum prætiosiores illi creditæ sunt, multo magis oportet, cum curam de pecunijs agere.* Ita etiã tex. in. l. 2. C. ne fideiuss. dot. detur. inquit. *Si enim credendam mulier sese, suamq; dotem existimauit: quare fideiussor, vel alius intercessor exigitur?* Quòd autem in multis differant Episcopus, & maritus, & Ecclesia, & vxor, nihil efficit, quin comparatio bona sit: alioquin nulla comparatio esset bona: quia simile non est idem, & omnino in pluribus differre solet aliquando & genere, aliquando specie, & semper autem indiuiduo, vt in. l. quod Nerua. ff. deposit. & supra iam hoc declaratum est.

Summarium.

1 *De diuisione fructuum inter hæredes beneficiati, & successoris in beneficio.*

2 *Consuetudo seruat, vt pro rata temporis diui datur, contra D. Martinum.*

3 *Beneficiatus possidet titulo oneroso.*

4 *Quod iuris est de toto, quoad totum, &c.*

1 IN. XIII. monito D. Martinus repræhẽdit nos, quod sequuti opinionem R. D. Episcopi Segob. quæ prius fuit Alberi. de Rosa. tenuimus diuisionem fructuũ inter mortuum, & successorem in beneficio debere fieri: vt fit inter hæredes vxoris, & maritum, quoad fructus dotis, potiusquam vt fiat diuisio, quæ inter vsufructuarij hæredes fit cũ proprietario, per rationes quas diximus: quibus D. Martinus nec respondet, neque satisfacit: cum aliàs gratis seruisse beneficiatum, multis mensibus contingere posit: ideò opinio nostra est vera omnino. Sed non aduertit D. Martinus, quod quancunq; opinionem ipse teneat, destruit suam: cum præsupponatur in ista quæstione, quod beneficiatus in fructibus sui beneficij habeat hæredes, quod ipse semper negauit: & asseruit, neq; de iure id fieri posse, neq; de cõsuetudine id esse. Præterea dicit, quod licet opinio nostra in hoc esset vera, nihil contra suã hoc efficeret: & certè quãdo id scripsimus, & ferè totum illum librũ de redditib. Ecclesiast. nõ adeò intenti eramus (vt ipse Martinus putat) vt sibi contradiceremus: licet enim occasionem scribẽdi à suo libro assumpserimus, non tamen adeò nobis cum eo negociũ fuit, atque cũ alijs, qui licet librum de hoc specialè non scripserint,

scripserint, fortioribus tamen rationibus pro opinione illa pugnarunt: & vt veritas huius rei melius intelligeretur, nos etiam multas rationes, & argumenta pro opinione Archidiachoni induximus, quę alij non considerauerant.

2 Repræhendit pręterea nos D.Martinus quod dixerim⁹, vsum in Hispania receptũ, vt fieret diuisio inter beneficiati hæredes, & successorem in beneficio, ad instar hæredum vxoris cũ marito de fructibus rei dotalis: scilicet, vt pro rata temporis quilibet fructibus gaudeat, quod D. Martinus negat: & non esse talem consuetudinem affir
„ mat: imò ita inquit. Ego tamẽ eo ætate grã
„ dior id non vidi, seruari, nisi in Episcopis,
„ Abbatibus, & Prioribus conuentualibus, hęc D.Martinus, sed vbi videre poterat D. Martinus per.50.annos in scholis versatus? Nam quod de Episcopis, & Prioribus dixit, potuit intelligere: quia Reuerendissimus D. Frãcisc. de Nauarra, cui⁹ optimi discipuli, optimus ipse magister fuit, & pedagogus, Prior fuit Roncis vallis, & Archiepiscopus Valentinus, & ipse D. Martinus est Canonicus regularis: ideo potuit hoc intelligere de Prioribus, & Abbatibus: sed ego tot annis in Palatijs, & Curijs Regijs, & Põtificalibus versatus, potui hanc intelligere consuetudinem, quam nunc in facto proprio expertus sum: & eam etiam consuetudinẽ succedendi clericis, etiam si hæredes, pauperes non sint, quam supra sum testificatus: nam cum sanctissi. D. N. Pius, P.V. mihi pingue beneficium de la puebla Toletanæ Diocesis contulisset, hæredes mortui fructus septem mensium, secũdùm Hispaniæ consuetudines, acceperunt: etiam si diuites erant, mihi quinq; mẽsibus alijs reseruatis: idq; in toto Archiepiscopatu, & Regno Toletano, quæ bona pars Hispaniæ est, obseruatur: ex quo vtramq; consuetudinem probari, manifestum est: quod D. Martinus facilè intelligere potest, cum maxima consuetudo sibi sit cum dictis hæredibus, qui nunc, sicut ipse, Romę commorantur. Non obstat supra dictis quòd dicat D.Martinus longè maiora esse onera mariti, quam beneficiati. Primò quia, vt aliquid si simile dicatur, non per omnia debet esse, vt supra diximus. Secundò dicimus, id non simpliciter esse verũ, quia vt inquit, Diuus Gregorius, *Ars artium est regimen animarũ.* Et idem Diuus Gregorius inquit supra Ioãnis.20.cap. *Grandis honor, sed graue pondus istius est honoris: durum quippe est, vt qui nescit, tenere moderamina vitæ suæ iudex fiat vitæ alienæ.* Et Chrysostom. *Sacerdos etiãsi propriam benè dispensauerit vitam, aliorum verò non cum diligentia curam habuerit, cum pernitiosis in gehènam vadit: scientes igitur periculi magnitudinem, multam tribui te eis deuotionem, &c.* Nam & Diuus Paulus optimi pastoris officio fungẽs, inquit, *quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur. &c.* Licet onus illud leue D.Martino videatur: Diuo Chrisostom. in libris de sacerdot. visum non est. Præterea plus, & minus non differunt in substãtia: vt in.l.fi.ff. de fund. instruct. diximus in dicto nostro libello. in 4.parte. in cap.1.num.7.in.8.argumẽto. Et ideò etsi essent maiora onera mariti, quam
3 beneficiati. non efficit, quin & causa beneficiati onerosa sit: cum beneficium detur propter officium: vt æquum sit temporis quo inseruiuit, fructus sibi concedantur: dignus est enim mercenarius mercede sua: quibus rationibus non existimo posse D. Marti. respondere: nam quod dicit, id verũ esse, de eo, qui nihil vnquam accepit à beneficio, non satisfacit: quia idem est in eo, qui multis annis habuit beneficium, si pro vltimo anno quo inseruiuit, vel bona eius parte id fiat sine emolumento: nam vt est notissimum iuris principiũ: quod iuris est
4 de toto, quoad totum, idem iuris est de parte quoad partem. Et ita peccat, qui vno mẽse defraudat mercenarium, qui lõgo tẽpore seruiuit, soluta ibi mercede, ac si nõ seruisset vltra illum mensem: si inuito eo salarium illius mẽsis sibi retineat: & hęc sunt adeò euidẽtia, vt mathematica ratione, sint communes animi conceptiones, & cõmunes sentẽtiæ, vt in Euclide. lib.1. & in lib.2. propositio

propositio.1. & in diffinitionibus.31. nam vt in quinto in diffinitionibus Campanus ex Platone, & Boetio probat in ponderibus, in elementis, in musicis, nedum in quantitatibus datur proportio: & in terminis nostris est text. in. l. Seio amico. ff. de annuis legatis. in fi. principij, ibi, *Cum tam labor quã pecunia diuisionem reciperent*. Comparatio autem, quam ipse facit inter fideicommissarium, & beneficiatum, ex supra dictis corruit: cum fideicommissarij causa lucratiua omnino sit, vt in.l.Meuius. in.§. duorum. ff. de lega.2. & in.l.vnic. C. de imponend. lucrati. descripti. lib.10. in.§. lucratiuas, & diximus in dicto libello: neque D. Martinus his respondet.

IN.XIIII. monito licet D.M. videatur nos repręhendere: tamen postea videtur à repræhensione discedere. Sed nos non affirmauimus aliquid eorum quæ ipse dicit: cum opin. Alberi. & posita in c. præcedẽti sequuti simus, quoad eos verò, qui vellẽt, aliã sequi opinionem, posuimus notãdam declarationẽ: quæ ibi videatur, maximè in hac vltima impresione in.4. parte, in cap. 6.num.14.nam.l.si fur.ff. de vsufruct. non satis declaratur per D. Martinum. N.

Summarium.

1 *Dominus Martinus nos repræhendit de re, in qua nullum fecimus verbum.*

2 *D. Martinus dicit opinionem suam communem, nemine allegato, qui eam teneat.*

„ IN.XV. monito D.Martinus nos repræ
„ hẽdit, dicendo, Moneo, nihil obstare id
„ quod præfatus.N. referens præfatum Re-
„ uerẽdissi. Segouiens. tenet: videlicet, quòd
„ diuisio fructuum inter succedentem in pri
„ mo genio, seu maioratu, et eum qui tenuit
„ illum: non est facienda eo modo quo fit in
„ ter vsum fructuarium, & dominum finito
„ vsufructu: hæc sunt verba D. Martini. N.
Ego sepissimè dubito qua ratione D. Martinus multa, quæ in ista apologia continentur, scripserit: adeò ira commotus vt dum nos repræhenderet: quid diceret, non curaret: nã ego de hac re nullũ verbũ
1 in meo libello de redditi. Ecclesiast. protuli: ætatis credo vitiũ esse, non hominis: præ
2 terea, opinionem suã in hoc monito sicut & alibi sæpè dicit esse communem, nullo authore citato, qui eã tenuerit: quasi ipsum dicere, sufficiat.

Summarium.

1 *Dominus Martinus imponit, quæ nunquam diximus.*

IN. XVI. monito, eadem licẽtia, seu potiùs errore D. Martinus notat, asseruisse
1 nos incidenter id, quod est dictum de diuisione fructuum dotis, inter maritũ, & vxorem: vt pro rata temporis diuidantur inter superstitem & alterius hæredes, esse obseruandum in diuisione solutionis pensionũ, à Papa super beneficijs constitutarũ: quia, vt dixi, in hac re nullum verbũ protuli, nihil dixi, neque dicere poteram id quod mihi D.Martinus imponit: cum sciam Rotã, in qua, licet immeritus, per.12.annos auditor extiti, contrarium seruare: sunt enim de hac re manu scriptæ notissimæ decisiones, quibus obseruatũ est, vt non soluatur rata pensionis si decesserit is, cui debetur, antequam dies solutionis venerit.

Summarium.

1 *Omnia hæc monita sunt transcripta à D. Martino, à suo libro de redditib. Ecclesiasticis, vt in singulis notatur.*

IN. XVII. monito D.Martinus, me repræhendit, quod ego significáuerim, eũ voluisse, concilium Tridentinũ aliquid innouasse: cum ipse non nouasse concilium, sed declarasse, id qd̃ de iure antiquo erat, dixerit: sed si verba mea inspiciantur: clarissimè asserui, concilium nec declarasse, nec de nouo induxisse aliquid, quod ad legem Iustitiæ pertineret: sed loqui de lege pietatis, seu charitatis, de quo & infra dicemus.

XVIII. monitũ est totidem verbis transcriptum à libro prædicto de redditibus Ecclesiast. in.2.quæstio.nu.19.versi.3.pag. 182. & in eo D. Martinus. N. repræhendit R. Dominic. de Soto multis vulgaribus fundamentis:

fundamentis:eò quod tenebat, non posse satis rectè æstimari,quanto egeat beneficia tus pro sua honesta sustẽtatione,&c.quod ego vnico verbo ostẽdi,esse falsum,in prędicto libello de redditibus Ecclesiast.in.4. parte,in cap.5.pag.229.in prima impressione.nu.9.in medio: à quo loco D. Martin⁹ accipit suum principale argumentum contra Sotum.s.tertium:licet verbis prędsioribus ego dixerim,eadem nẽpe ratione,qua D.Sot⁹ facit eos liberos à lege Iustitiæ,nos etiã posse dicere eos esse liberos à lege charitatis,& misericordiæ, & sic à peccato:& etiã citat S.Thomã,quẽ ibi prius ego allegaueram:nam omnia præcepta Decalogi, quæ dicit facere contra nostram opinionẽ, verissimè faciunt contra suam apologiam.

XIX.monitum D. M.est transcriptum ex dicta.2.q.versi.quarto pag. 184.in eoq; R.P.D.de Soto solum reprehendit,atq; in sequitur:meq; paululũ respirare, ac recreari sinit: de quo quia sæpissimè iam actum est,paucis hic dicam D. M.perperã. D.de Soto reprehẽdere: nã is pares efficit laicos, & clericos quoad legẽ iustitię,quo ad legẽ verò misericordię,magis astringit clericos, vt sæpe dictum est: & ita Dominic. Sotus nõ est sibi contrarius,nec mutauit sententiam,vt ex verbis eius euidentissimè apparet:quicquid D.Martinus.N. dicat hic, & in.1.q.in monit.xxxviij. nu. 10. quia aliud est loqui quoad peccatum, aliud quoad restitutionem:de quo solo est nostra controuersia.

In.XX.monito D.M.N. transcribẽdo totidem verbis ferè,quæ dixerat in dicta.2. quęst.vers.6.pag.187.in dicto suo libro de redditib.Ecclesiast.reprehendit R.D.Dominic.de Soto in quadam sua consideratione:& merito D.Martinus eum reprehẽdit: nam magis amica veritas,cuius amplectendæ studio,quoties D. Martinus Nauar.veras proposuerit opiniones,eũ pedibus manibusq;,animo libentissimo,sequar.

XXI.monitum D.Martinus trãscribit ex dicta.2.q.versi,septimum.nu.24.pagin. 189.& respõdet ad concilium Tridentinũ: in quo nulla fit mentio de restitutione: si enim voluisset ad restitutionem concilium obligare,id expręsisset:sed ipse D.Martin. dicit,q̃ neque concilium à restitutione liberat:ideò verius est in dispositiõe iuris cõmunis concilium id relinquere:iure autem communi,ante concilium non erat obligatio restituendi,vt iam sępe probauimus: ergo neque post concilium.

In.XXII.monito,D.M. hic etiã transcribit ex dicta.q.2.ver.octauo.nu.25.pag. 190.& iterum,atque iterum tractat de consuetudine testãdi:quam modo fateri videtur,modo negare: cum dicat,quasi omnes confessores sequi opinionẽ suam:ideò non esse consuetudinem incontrarium:sed nos iam sæpe veritatem huius rei ostendimus: & quoad cõfessarios attinet,ego quotquot homines doctos ordinis sancti Dominici, & S.Francisci allocutus sum, opinionẽ D. Martini explodũt:idem faciunt omnes societatis Iesu, religiosi viri, pij,& docti: nescio vnde D. Martinus affirmet, quasi omnes confessarios opinionem suam sequi;cũ quilibet experiri possit,contrarium esse veriùs in facto,vide quæ dicta sunt in præcedenti parte,in cap.2.

XXIII. monitum est transcriptum à dicta.2.quæst.nu.26.pagin.191. & in eo D. Martinus non loquitur nobiscum: & fingit ipse argumẽtum suo modo: vt ipse pro se summat argumẽtum,sed satis leue: quia id pertinet ad distributiuam iustitiam, q̃ nihil ad propositam quæstionem facit.

In. XXIIII. monito D. Martinus vt morem suum obseruet,transcribit quæ dixerat in dicta.2.quæst.versi. decimũ. pagi. 199.& iterum,atq; iterum repetit id quod de opinione S.Thomæ supra dictum erat: sed nos ne rem actam agamus, contenti erimus,rem hanc semel in nostro libello, de redditib.Ecclesiast.in.2.parte, in cap.2. & iterum supra compulsi ad.M. moni. xl. in prima hui⁹ deffensiõis parte latè tractasse.

XXV.monitum est totum etiam transcriptum ex dicto libro de redditib. Ecclesiast.2.q.nu.28.pag. 194. & argumentatur D.Martinus

D.Martinus.N.contra Adrianum: quod nos minimè tangit,argumentum verò de eleemosynis datis pauperibus,nos alio modo proposuimus,vt magis astringat:sed de hoc alibi supra tractatum est.

IN.XXVI.monito, D.Martinus repetitionem longam facit,eorum, quæ dixerat in suo libro de redditibus Ecclesiast. nã trãscribit decem paginas ex dicta.2. quęst. nu.30.pagi.197.vsque ad. 207. circa illam quæstionem,quam ponit prępsupposito,scilicet, quod clerici teneantur ad restituendum pauperibus ea,quæ impenderunt vltra sibi necessaria:an donatarius etiã ad restitutionem teneatur eorum,quæ à clerico accepit: ideò de hac re cum satis superque dictum,& repetitum à D. Martino sit, & ad opinionem nostram minimè pertineat, secundùm quam hæc quæstio vana est: solum dicam,ignorare me omnino, quomodo D.Martinus in hoc monito ponat hæc
" verba, Tertio dico,quod si ignorans clericum beneficiarium soluẽdo non esse, neq;
" amplius eũ in bonis habere,quàm id quod
" sibi donatum volebat; id ab eo acceperit
" ex causa onerosa,iusta quod nõ tenetur ad
" restitutionem.Hæc verba D.Martini quid sibi velint,difficile est intelligere: quomodo si donatum volebat, accepit ex titulo oneroso.Donatio enim titulus merè lucratiuus est,imò solus lucratiuus: quòd ea ratione & legatum, & fideicõmissum lucratiuus titulus est: quod legatũ & fideicommissum donatio sit,in.§. legatum.institut. de lega.postea tractat, an pauperes habeãt hypothecam,vt prędferantur creditoribus: sed dubium non est,præferri debere, si teneremus opinionem D.M.Nauarri:quia licet non sit hypotheca, onus tamen alendi pauperes cum re ipsa ortum est,vt omnib⁹ præferri debeant,vt diximus in nostro libello de redditibus Ecclesiastic. parte. 4. in cap.1.in nu.1.nã ipse vult quod supereſt clerico alienum esse,ideò furtum in eo clericum committere,si pauperibus non reddat: in re autem furtiua, præfertur rei dñs omnibus creditoribus, vt patet. Alia quæ D.Martinus dicit circa ea, quæ pertinẽt ad creditores beneficiati, supra iam in præcedenti parte reprobauimus in monito:xlvj.

Summarium.

1 *DOmini Martini repugnantia detegitur ex verbis ipsius.*
2 *Eadem lege potest plus delinquere clericus, quam pauper.*
3 *Charitas non est determinabilis per legem positiuam.*

IN.XXVII. monito D.Martinus,quasi aliquid pro se adinuenerit,ex his quæ ego dixi,vult probare suam opinionem veram:nam dicit me dixisse,multo magis peccare clericos de superfluo nõ facientes eleemosynam, quam laicos non facientes eleemosynam de superfluo suorũ: & quòd ex natura rerum maius peccatum committitur in abusu rerum Ecclesiasticarum, quã aliorum:quod nulla ratione alia contingere potest,quã quia lege aliqua iustitię ad id tenentur ipsi, qua laici non tenẽtur, &c. Et subdit,quòd ego fateor, lege charitatis, & misericordiæ,omnes ex æquo teneri,citando verba text.in cap.in singulis.86. distinctio.de his tractaui, vbi posui verba text. prædicti in dicto libello de redditib. Ecclesiast.in.4.part.in cap.5.in.nu.8. circa finẽ: sed non est verum,quod ego dixerim,ibidem laicos,& clericos ex æquo teneri, vel æqualiter:quia nõ reperietur tale verbum in meo libro,imò ex his,quæ ibi dixi in nu
1 mero.5.in fine contrariũ apparet:sed recordari deberet,quod in alijs locis contrariũ eius quod nũc dicit, me dicere asserit: nam aliàs fingit,me dicere,clericos vanè,& profanè redditus Ecclesiasticos expendendo, non magis peccare,quam laici peccent,expendẽdo redditus profanos:hic verò ostẽdit, non esse verum me id dixisse,quod mihi imposuit: quia nunquam id asserui,neq; tenui: sed id quod hic ipse D. Martinus refert,scilicet magis peccare clericos, quam laicos,vt etiã ad id citat me in ista quæst.2. monit.vij.nume.7. pagi. 456. quid ad hæc respõdeat,vellem intelligere.Sed his omissis,quæ in principio huius libelli iã ostẽdi, videamus argumentum suũ:clerici tenen-

tur magis, quã laici ad eleemosynã, ergo ex lege iustitiæ: nego cõsequentiã: bene tamẽ ex lege misericordiæ, qua & laici, & clerici
tenentur: & peccant, si contra eã eleemosy
2 nam non largiantur, sed nõ æquè: nam sub eadem lege potest vnus magis peccare, quã alius: nã contra Decalogi præceptũ, de non adulterando, magis peccat clericus, quã laicus: consequentia itaq; D. Nauarri, clericus magis peccat: ergo non ex illa lege, qua laicus tenetur, falsa est: quinimo magis peccat clericus, malè expẽdendo bona sua patrimonialia, quã laicus: vt latè prob. Abulens. super Matth. tom. 3. fo. 29. & 30. quòd vero dicit circunstãtiam illã, q̃ sit clericus, non augere peccatum: ita vt de peccato veniali, fiat mortale, potest negari: vt patet ex titulo decleric. venatorib. & alijs: vbi circũstãtia hęc, q̃ sit clericus, potest efficere mortale: & probatur in tit. de vit. & honest. clerico. in cap. 2. & in. c. 4. & c. penult. & c. fi. & plus etiã peccat clericus ex lege charitatis sibi iniunctæ: nam licet lex charitatis omnibus apponatur, strictius tamen clericos de bonis Ecclesiasticis, & Episcopos, qui pauperum patres esset debẽt, obligat.

Cætera verò, quæ nos dixisse, refert, scili
3 cet leges iustitię naturales, & diuinas generales determinari per leges positiuas: nõ autẽ lege charitatis posse determinari, verissima sunt: & quatenus apponit, alias leges diuinas, & naturales, præter iustitiæ leges, determinari per leges humanas: quid inde cõtra nos sequatur, non video: quia ego posui iustitiæ leges ad differentiam legum charitatis, vt inter has intersit: de alijs autem virtutibus non tractaui, quia non faciebãt ad propositã à nobis quæstionem, & materiã: maximè, quia reliquas virtutes comitatur etiam iustitia, vt per S. Tho. 2. 2. q. 58. art. 5. & art. 6. & art. 8. ad. 2. & art. 9. ad. 3. qui vult, iustitiã diffundi per oẽs alias virtutes: & S. Ambr. offi. lib. 1. in. c. 27. & lib. 2. in. c. 9. oẽs em̃ sunt implicatæ, vt Cice. offi. li. 1. inquit.

Præterea D. Martinus negat, S. Thomã dicere id, ad quod ego eum citaui: scilicet, q̃ lex charitatis determinationem non recipiat: sed ego transcripsi verba S. Thomę, in 2. 2. q. 184. art. 3. in responsione, vbi dicit: q̃ dilectio Dei, & proximi nõ cadit sub pręcepto secundùm aliquam mẽsuram: & iterũ infra dicit: finis præcepti, charitas est: & rursus in fine: non adhibetur aliqua mensura, ergo charitas non est determinabilis, quia charitas est finis omnium præceptorũ: hęc lõgiùs retuli in libello de redditi. Ecclesiast. in. 4. parte in. c. 5. nu. 1. & 2. & quod D. Martinus dicit: legi de amãdo Deum, adiunctã esse legem de amando ex toto corde, & ex tota anima, ita vt modus charitati imponatur: non est verũ: quia potius per eam legẽ modus tollitur, cũ nihil relinquatur, quod charitati non sit tribuendum, quàm vt modus adijciatur, vt apparet, & Diuus Bernar. in tract. de diligẽd. Deo, inquit. *Modus sine modo diligere*: & S. Tho. clarè hoc dicit: qd̃ etiã asseruit idẽ S. Tho. q. 1. quotlibet. 5. art. 18. & optimè idem S. Tho. Opuscul. 17. in cap. 6. col. 2. vbi inquit, præceptũ dilectio-„
nis Dei, quod est vltimus finis Christianæ „
vitæ, nullis terminis coarctatur: præterea „
illa verba, ex toto corde tuo, non sunt de præcepto, sed est finis præcepti, secundùm eundem S. Thomã, in quęstionib. disputa. in. q. 1. de charita. art. 10. versi. ad primum.

Item D. Martinus negat S. Thomã etiã per me allegatũ, in. 1. 2. in. q. 99. art. 5. ad primum, dicere id, ad quod ego eũ allegaui. s. q̃ ex lege diuina tantum potest determinari per legem humanã id, quod ad iustitiam pertinet, non id quod ad charitatem: quia vt dicit D. Martinus, S. Tho. loquitur solũ de p̃ceptis legis veteris: sed falsum est: quia ibi ponitur regula à S. Tho. quę hoc p̃bat, nã dicit: moralia tantũ sunt lege determinabilia, in quantũ pertinent ad iustitiã, cuius etiã quędam pars est religio: & sic. S. Tho. sentit apertè, q̃ ea, quæ ad charitatem pertinẽt, determinationẽ nõ recipiãt: & D. Martinus omittit in S. Tho. hęc, quæ nos retulimus, vbi probat nostrã intẽtionem. Quod verò D. M. in fi. interp̃tatur S. Tho. nos ad verba S. Tho. nos remitimus, ne in om̃ibus cõtendamus. Hic finit D. Martin' secũdã partem suæ Apologiæ: videamus qualia sunt, quæ in tertia parte adducit.

Finis libri secundi.

TERTIA PARS DEFENSIONIS LIBELLI DE REDDITIBVS ECCLESIAST. AB IMPVGNATIONIBVS D. MARTINI NAVARRI.

SVMMARIVM.

1 *Dominus Martinus, vt solet, transcribit multas paginas ex alio suo libro.*
2 *Quare clericus iure cõmuni non testetur.*
3 *Quare annui redditus clericis assignentur.*

1 IN PRIMO monito huius tertiæ quęstionis D. Martinus Nauarrus transcribit sex paginas ex suo libro de redditib. Ecclesiasticis. 3. q. pag. 212. vsq; ad 217. et tan ibi, quã hic, ostendit clericos iure cõmuni testari de redditib. Ecclesiast. nõ posse: quod nos etiã fatemur: nisi cõsuetudo aliud induxerit, & respõdet D. M. Petro de bella perti. Cyn. & alijs, qui dicebãt, in legẽ Fusiã caninã incidere eos, qui in vita potestatem disponendi clericis concedunt, in morte verò sibi adimũt: possumus hic nos multa deducere, vt non iniqua fuerit hæc constitutio, & D. Martinus benè hoc ostendit, quod comprobatur ex his, quæ nos diximus in prædicto libello de redditib. Ecclesiast. in, 4. parte, in. c. 6. in. nu, 11. circa finem: vbi posuimus rationem, quare ius ca-
2 nonicum, quod permittit clericis in vita de suis redditibus disponere, nõ permittat idẽ in emptis de eisdem redditibus: scilicet, vt tolleretur occasio cupiditatis augendarum rerum, & patrimonia amplificandi: nõ malè facit etiam, quod natura ipsa ostendit: iustius enim est posse disponere in vita, quã in morte: nam cum in morte fit dispositio, seu potius vbi cõfertur post mortẽ, in tempus inhabile, quo futurus non est dñs, quis disponere videtur: & ita inutiliter, quia paria sunt, disponere in tempore inhabile, vel conferre dispositionem in tẽpus inhabile: vt nostri Doctores dicunt in. l. quod spon sæ. C. de dona. ante nuptias. Facit text. in. l. quia in eum. ff. ad. l. Aquil. l. nõ vnquã. ff. de condit. & demonstratio. Facit glos. in. c. si Papa. 40. dicit Fab, in. §. si verò. nu. 4. de inutil. stipuli. Faciunt quę tradit Abb. in cap. licet euitanda. in, 2. colu. de electio. de qua reg. vide Ias. in Rubr. C. qui testa. facere poss. latiùs per Tiraquell. de iure constitu. in. 3. parte, in. 2. limita. per tot. vide gloss. in cap. primo. de sepultu. lib. 6. optim. text. in l. Stichus seruus. ff. de manu. testa. & ita gl. in. l. illa institutio. ff. de hæredi. instituen. dicit, quod vix permittitur quis testari: cũ disponat in tempus, quo bona non sunt futura sua: & ita ius testandi ex quadã dispensatione inducitur, de quo per Deci. in rubr, C. qui testament. facere poss. & per Andr. Barba. in rubr. in col. 2. extra de testament; cum ergo ius testandi ex quadã, vt dixi, dispensatione inducatur: cum clericis quoad redditus Ecclesiasticos noluit ius dispensare, quia non debeat reseruare ad mortẽ, nec thesaurizare, sed in vita disponere. Et ita
3 redditus eis annui dantur, vt in futurum nõ debeãt esse soliciti, sed possint sine periculo famis, vel cura tẽporis futuri fructus annuatim expendere, & officio suo incumbere. Et hæc est optima ratio, quã breuissimè tetigimus in nostro libello de redditib. Ecclesiast. in. 4. parte, in cap. 4. ante num. 8. aliquæ enim ex rationibus D. Martini nõ sunt

bone:nã q̃ dicit absurdum fore si Ecclesia permitteret beneficiatis,absq; causa testari de reliquis redditibus beneficiorum in superfluos, & profanos vsus:parũ, aut nihil potius facit: eũ-neq; in pios quidem vsus Episcopus,vel clericus iure cõi testari possint,vt ipsemet D.Martinus in fine asserit: nec etiã sequitur,si ius permitteret simpliciter clericis testari,præsumẽdũ propterea esse,profanè eos testaturos,sicut & in vita disponere permittit:non tamen possumus dicere ad hoc permittere,vt vanè & profanè (vt verbis D.Martini vtamur) clerici disponãt:quia cum lex misericordiæ debeat eorũ actus dirigere,neq; lex iustitiæ in hoc disponat,eorum conscientiæ relinquitur.

Summarium.

1 *Domin⁹ Martin⁹ nobis,vt solet imponit.*
2 *Non est communis opinio,quod consuetudo non valeat,contra D.Martinum.*
3 *D.Martinus milies repetit eadem.*
4 *Idem facit in monito sequenti.*

1 IN.II. monito D.Martinus nobis imponit,dixisse,& contra receptam sententiã tenuisse,& affirmasse:omnes beneficiarios posse perinde testari de redditibus suis Ecclesiasticis,ac de bonorum patrimonialiũ redditibus:quod nunquam dixi: sed dixi, posse eos testari,vbi hoc consuetudine receptum est,vt in Hispania: & ipse sine consuetudine fingit,me hoc dicere,meq; ait fecisse fundamẽtum,in cap.1.de cleri.non residentibus,lib.6.ad quod propositum nunquam illum text. allegaui,neq; hoc dixi: nam licet dominus fructuum, sit beneficiatus per illum tex.dixi tamen,clericũ debere seruare id,quod sibi ius canonicum præcipit,licet sit dominus::nisi hoc ius sit mutatum consuetudine,vel per summũ Pontificem facultas testandi concedatur:vt apparet in dicto meo libello,in.4.parte,in. c. 3. in fine.nu.3.& nu.4.&ita D.Martinus vt ei libet,nobis imponit.Postea verò negat cõsuetudinem,de qua millies dixit, & iã nos eum errare,euidentissimè,ostendimus supra,in prima parte,in cap.2. Ait præterea communem esse opinionem,& non solum communem,sed ferè omnium sententiam, quòd consuetudo testandi clericos de fructibus suis,quos ex beneficijs collegerunt, non valeat:& carpit nos,q̃ apprimè verba Doctorũ ponderauimus, vt ostẽderemus, nõ esse cõmunem opinionem:cũ tamen vt aliqua dicatur communis opinio,non sint Doctores tumultuariè, & per transennam videndi,sed diligenter,& acuratè, vt nos fe
2 cimus:ita vt ex dictis per nos dubium sit, quid magis cõmuniter teneant Doctores: & licet D.Martin⁹ dicat,esse Doctores,qui dicant,illã consuetudinem testãdi de illis, aut de illis redditibus,valere:rarissimos tamen esse,qui ausi sint dicere, id quod ego, valere:vt ad libitum omnes beneficiarij de omibus redditib⁹ Ecclesiasticis perinde ac de patrimonialibus testentur:tamen quod ego dixi,dicunt multi Doctores,& sub eisdem ferè verbis:scilicet,vt valeat consuetudo,quòd clerici de redditibus suorum beneficiorum testẽtur. Et ita puto valere vniuersalem Hispaniæ consuetudinem:& cõtrarium asserere,est temerarium,& audax. Ideo puto ex maiori parte Doctorum posse opinionem nostrã defendi:nam Hostiens. Ioã. Andr. Calderinus,Antoni. de Butrio. Io.de Imola.Ioannes Fab.Io.de Fantuscis, Aegidius de bella mera . Cardinal. S. Sixti Henrricus.Petrus de Vbald.Illustrissimus & Reuerendissimus Episcopus Segobiens. Bertachin. & glos.pragmatic.Sanctio.eam tenet,vt ostendimus in nostro libello in.2. parte,in capitu. 6. &. 7. & alios allegat D. Episcopus Segobiens.ibi allegatus.Sed D. Martinus Nauarrus semper suas opiniones dicit communes:licet ipse solus, vel vnus, aut alter eas teneat.Doctores autẽ qui negant,consuetudinem valere, non loquuntur de consuetudine,cuius initij non sit hominum memoria, cuius Pontifices sunt, & fuerunt conscij. nec de consuetudine ita generali,& communi,tot regnorum cõsensu recepta, & obseruata.Denique D. Mar-
3 tinus,vt ostendat consuetudinem non valere,iterum repetit per plures columnas ea, quæ

quæ de hac re superius dixerat, scilicet q̃d beneficiatus tenetur ad restitutionẽ,neque potest disponere de his quæ sibi superunt: quia inquit,leges Decalogi, sunt leges diuinæ,imò naturales, & ita beneficiatus venit contra præceptum Septimum de non furando,quod repetit infra monito .v. &. x. de non cõcupiscendo,& quia vtitur re aliena,contra uoluntatem domini. Nam si is, qui commodatam mulam accepit Salmãticam vsq;,ducat Burgos,furatur,quod sæpissimè dixerat in lib.de redditib.quæst.1. nu.13.&.5.1.quæst.monito.xxxix. nu.3.& ideò in.nume.5.in.q.2.in.x.monito mittit equum,non mulam,nam mula illa iam labore itineris defecerat,toties hanc eandem viam peragens:sed hoc viderit Pomponius in.l.fina.ff.commoda. Alia multa repetit per plura folia:quæ omnia tolluntur ex dictis superius,& in nostro libello de redditibus Ecclesiast.in.4.parte,in.cap.1. nu. 8. cum sequentib.Ideò hic non respõdeo:ne priuilegium toties eadem repetendi D.M. Nauarro quod ipsius est proprium, nobis vindicemus:violarẽtur enim omnes leges, quas hic ipse violari, dicit: ideò veniamus ad aliam longissimã etiam repetitionem, quam in monito sequenti facit.

4 IN.III. monito repetit, vt ipsemet D. Martinus fatetur, quinque argumenta, quibus in suo libro de redditibus Ecclesiasticis vsus fuit cum suis solutionibus:& iterum tractat de consuetudine: quæ omnia non semel,sed decies in hac apologia sunt repetita, & non solùm sepissimè in libris quos scripsit,repetit millies omnia, verùm in libris quos scripturus est,eadem se repetiturum pollicetur. Nam hic dicit se dictu
1 rum in cap.non liceat Papæ.12. quæstio.2. quod affirmat se commentari nunc,&hoc centiens dicit in hoc libro,nam in hoc monito dicit ter,& iterum in sequẽti monito.

Circa ea vero quæ D. Martinus in hoc monito dicit de cõsuetudine testandi quoad clericos,& citat legem Hispaniæ loquẽtem,idem facit in suo libro.3.quæst. nu.16. vnde multa hic transcribit:de hoc videnda sunt,quæ supra diximus in parte.1. in. c.2 quia ex eiusdẽ verbis apparet,fateri ipsum illam consuetudinem,quam contra dicendi cacoẽthe,aliàs pertinaciter negat.

Summarium.

1 *ID quod quis liberè donauit,non potest imputare in debito,vel compensare.*
2 *Maxima esset auaritia,& præsumptio,velle pecunia clericum æstimare, quod maiori diligentia,quam debuit inseruiuit Ecclesiæ.*
3 *In sequenti monito D.Martinus transcribit ex dicto libro.*
4 *Idem facit in.vj.monito qui transcribit plures columnas.*
5 *In.vij.monito,vero transcribit ex libro nostro,ordine mutato,& verbis aliquibus.*
6 *In.8. etiam capit à nobis multa.*
7 *In.9.transcribit,vt solet.*
8 *in.10.transcribit à nobis.*
9 *In.11. transcribit ex suo libro multas columnas.*
10 *Idem facit in.xij.monito.*
11 *Idem in decimo tertio,& vltimo.*

IN.IIII.monito D.M. nihil dicit, quod sit alicuius momẽti:ideò leuiter perstringam:& solum dicam, valde eum errare in hoc monito.iiij.in.nume.3.dum supposita opinione sua: scilicet, quod ex lege Iustitiæ,ea quæ supersunt clericis de redditib⁹ Ecclesiasticis,sint debita pauperib⁹, putat, q̃ si ex bonis suis patrimonialibus quis donet pauperibus,putà rem valoris centũ,poterit tantũdem postea in suo testamẽto de bonis Ecclesiasticis legare.per.c. si Episcopus. 12.quæst.5. quod falsum est, & contra notissima iuris principia,nã si Titio debeo
1 centum, simpliciterq; ei domum donem, non liberor à debito centum,vt in. l.vni. in.§.primum.C.de rei vxor.actio.&.l.Lucius Titius in principio,in versi.pro ea parte.ff. de lega. 1. & in.l. Creditorem .ff. de lega.2.& est expressum in.l.3.C.de Religiosi. & sumpti. funerum, alioquin esset reuocare donationem iam factã, vel ei onus adijcere: quod nulli licet : vt in lege per-

fecta donatio.C.de donatio.quę sub mod. *Perfecta donatio*(inquit tex,)*cōditiōes postea non capit:quare si pater tuus donatione facta, quasdam post aliquantulū temporis fecisse cōditiones videatur officere, hoc nepotibus eius fratris tuis filij minimè posse non dubiū est*.At,D. Martinus nō post paululum temporis, sed perpetuò posse id Episcopum facere,existimat:cū tamen neq; incontinenti, id posse, donatione semel perfecta,infra statim docebimus.Non obstat tex.quem D.Martinus.N.allegat.in.c.si quis Episcopus.12.q.5.vbi inquit text.*Si quis Episcopus,condito testamēto,aliquid de Ecclesiastici iuris proprietate legauerit,aliter non valebit,nisi tantūdem de proprij iuris facultate suppleuerit*. Nā licet D.Martinus intellexerit illum textū,etiā quando non vno eodemq; tēpore vtrūque facit Episcopus:scilicet dare rem suā pro re ipsius Ecclesiæ,tamen id falsum est: quia si hodie donat Episcopus Ecclesiæ mille simpliciter:cras post perfectā donationem,nō poterit capere aliquid ab Ecclesiæ bonis: imò neq; statim donatione iā perfecta: vt in dicta. l. perfecta donatio, cum his quæ latè diximus,quæ omnino videantur in libello nostro de redditib.Ecclesiaſ.in.1.parte in.c.4.in nu.9. cum sequentib. vbi recētiorum quandam opinionem:qui hoc incontinenti cōcedebant,per tex. expressos. in:l.non idcirco.C.de cōtrahend.emptio. & in.l.quāuis.C. de transactionib. falsum esse ostendimus:quod etiam probatur in.l. ob res quoq; donatas.in.§. si extraneus.ff. de pact.dot.vbi tex. inquit,*Si extraneus de suo daturus sit dotem,quicquid vult pascisci,& ignorante muliere,sicut & stipulari potest:legē enim suæ rei dicit,post quā verò dederit pascisci consentiente muliere debet*.Facit tex.in.l.qui saxum. ff.de donatio.facit tex.in.l.de contractu.C.de rescindend.venditio. Sic ergo si beneficiatus simpliciter donat domū Ecclesiæ, non poterit postea pretium domus ex bonis,vel redditibus Ecclesiasticis liberè posidere:si opinio Archidiaconi esset tenēda,id scilicet q̄ superest,esse debitū pauperibus:quinimo non posset dici donatio simpliciter quę fit Ecclesiæ,vel pauperib⁹, si fieret de fructibus Ecclesiasticis,quæ supersunt, si essent illi redditus pauperibus debiti: quia in necessitate nemo liberalis existit:vt in.l.rem legatam.ff.de adimend. legat.& in regula donari,videtur,qd̄ nullo iure cogente conceditur.At,secundum D. M.cogit lex iustitiæ quod superest de redditib.Ecclesiasticis dare pauperib⁹, vel pijs locis:& id debitum est,ideo propriè libera litas non diceretur,cū lex iustitiæ ad id cogat secundùm opinionem Archidiac.& D. Martini,vt dictum est supra.

Ex his etiam apparet,peius esse,quod dicit D.Martinus,in.1.q.in.L.monito,q̄ clericus potest imputare omnia,quæ toto tēpore vitæ suæ largitus est in opera pia,dicit enim in pag.230.deductis subuentionibus, „ quibus toto tempore quo beneficiarij fue- „ runt,subuenerunt mendicantibus,religio- „ sis,vel alijs cognatis,familiaribus,& amicis „ egentibus intuitu ęgestatis.Hæc sunt verba ipsius D.Martini,ex quib⁹ manifestè apparet,velle quod quilibet beneficiat⁹ si dederit ex fructibus decē in pios vsus, posit sine peccato alia decem in profanos, & vanos expendere:quæ opinio eludit suā opinionem,imò ponit nouam:exqua sequeretur,nō peccare clericū talia agentem,quod nullus vnquā dixit.Hac eadem ratione, & alijs,falsum etiā est,quod D. M. N. in.q.1. monito.lxxviij.nu.3.&in dicto monit.L. & in lib. de redditib.Ecclesiast. q.1. nu.78. asseuerat (de quo ibi,ne bis dicerem⁹,nihil diximus)scilicet,q̄ stāte sua opinione,si beneficiatus laboret in seruicio Ecclesię vltra mediocre seruiciū,quod eius beneficiū requirit:id,quod eius labores merentur, est liberum,ac si nō essent bona Ecclesiastica, quod defendi non potest: quia si hoc facit animo gratificandi Ecclesię,& ideò melius seruiret,non potest imputare Ecclesiæ, vel pauperibus.vt in.l.quod in vxorem.C. de nego.gest.aut animo repetēdi ab Ecclesia, & hoc turpe esset,clericū qui cōcionatur: etiā si nō teneatur ad id,ratiōe sui beneficij ab Ecclesia, cuius obtinet beneficiū, quasi mercimonio

mercimonio contracto,ita pietatis officiū gerere,quod reprehēdit tex.in.l.sancimus. C.de infantib.exposi.Alioquin si ab Ecclesia id exigere posset,eadē ratione Ecclesiæ bona ob id posset sibi retinere,vel ab ea exigere,nedū fructus beneficij,quia debita sol
2 uere Ecclesia tenetur,q̄ nemo dixerit. Deniq; hæc esset maxima auaritia,& pernitiosa præsumptio, existimare clericū melius seruisse Ecclesiæ,quam ex officio suo tenetur,idq; velle pretio æstimare numerario: cū dicere,& existimare debeamus, q̄ seruiū inutiles sumus,&c.vt mirer.D. Martinum hominem alioqui pium,rationem pecuniariā,ob opera bona Ecclesiæ prestita à Deo, vel eius ecclesia exigi velle.

3 IN.V. monito D. Martin⁹ ad verbū trāscribit quatuor colūnas eorū, quę dixerat in lib. de redditib. Ecclesiast.in.3.q.nu. 8. in.6.7.&.8.corollar.vsque ad fi. nihil addito,vel detracto.

4 IN.VI. monito D. Martinus transcribit 10.11.12.&.13.corollarium.d.lib. de redditib.Eccles.in.q.3.à num.17.vsq; ad.20. in quo trāscribit quinq; colūnas eisdē verbis.

5 IN.VII. monito D. Martinus trāscribit, quæ nos dixim⁹ in nostro libello de redditib.Ecclesiast.in.4.parte, in.c.4. cū eisdē allegationib,licet mutet ordinem: & dicit, q̄ in hac quęstiōe inter nos cōuenit:quod adeò verū est,vt omnia ferè trāscribat,quę ego dixi in illa quęstione cōtra Bal.q̄ valet testamētū illius,qui cū esset aliàs in testabilis,habet facultatē testandi à principe,etiāsi nō exprimat,se virtute illi⁹ facultatis testari

IN.VIII.monito D.M.dicit,inter nos cōuenire,q̄ facultas testandi nō espirat cōcedentis morte: vt nos diximus,reprobād. Maria.Soci. & alios tenētes cōtrariū:diximus inquā in dict.4.parte, in. c.4. quod se dixisse D.M.ait in dicto suo lib.de redditi: Ecclesiast. in.q.3.à num.22.sed nō reperio, eū ibi hoc dixisse,vt ex lectura apparet,sed
6 hoc à nobis accepit,quod ipse cōfirmat alijs quibus similibus,& nos radicitus hoc ostēdimus:adeò,vt ex resolutione breuissimè ibi posita,plurima deduci possint.

7 IN.IX.monito D.Martin⁹ trāscribit sex colūnas sui lib. de redditib. Ecclesiaſ.3.q. nu.22.vers.14.vsq; ad fi.additis quibusdā legum allegatiōibus,quę à nobis in dict.c.4. in.4.parte assumpsit, circa illā quæstione: an facultas testādi cōsumatur facto primo testamēto,& an posit facere secūdū: quod nos multis legibus singularibus allegatis ostēdim⁹,nō cōsummi,& in ista vltima editiōe quę Burgis excuditur,plures alias optimas leges ad id induximus:quib⁹ nemo tenentiū cōtrariā sentētiā,poterit respōdere.

8 IN. X. monito D. M. capiendo omnia, quæ ego dixi in dict.4.c.quibus probaui:habentem facultatem testandi, posse donare causa mortis:dicit se neruosi⁹ id probare,cum nec aliquid in hac re alleget boni,vel dicat,quod à me non accipiat ex dicto.c.4.nu.4.in medio cum sequentib.

9 IN.XI.monito D.M.trāscribit plures colūnas ad literā ex suo lib.de redditib.Ecclesiast.in quęst.3.versic.16.pagi.241. cum pluribus sequentib. solùm addit quatuor lineas vltimas ibi,quanquā scio S.D.N.

10 IN.XII.monito D.M.N.per plures colūnas trāscribit ad literā,quę circa ius testādi militū,seu Cōmēdatorū dixerat in suo libro de redditib.Ecclesiast.in.3. quæstio.in versi.17.corollarium,in nume.28.pag.247. cum sequentib.& postea transcribit bullā S.D.N.super hoc editam:quæ reuocat eis omnes facultates testandi.

11 IN.XIII.& vltimo monito D.M.N.trāscribit quę dixerat per plures columnas in dicto lib.in.3.quæst. in.18.corollario,in nu.19.vsq; ad finē additis duobus vel quatuor lineis in fine.

Deinde verò D.M.monet cōfessores:& ex ista sua apologia instruit eos,qualiter in istis materijs se cū pœnitētibus debeāt habere, q̄ breuius fecerat in dict. suo lib.de reddi.Ecclesiast.1.q.corollario.38. Deniq; transcribit bullā S.D.N.quæ obligat pensionarios dicere officium beatæ Mariæ virginis.D.N.

Finis libri tertij.



EXCVDEBAT
Burgis Philippus Iunta
Typographus.
1573.